



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annalium Paderbornensium Pars ...

Complectens Inprimis Fusiorem Episcoporum Paderbornensium, Deinde
Succinctiorem Historiam Reliquorum Per Westphaliam ...

Ab Anno Christi 1228 Usque Ad Annum 1500

Schaten, Nicolas

Monasterii Westphalorum, 1775

Liber XIII. [1321 - 1361]

urn:nbn:de:hbz:466:1-7971



**ANNALIUM
PADERBORNENSIIUM
LIBER XIII.**

**BERNARDUS V.
COMES LIPPIENSIS
XXVIII.**

**BALDUINUS
DYNASTA STEINFURDENSIS
XXIX.
EPISCOP. PADERBORN.**

**BERNARDUS V.
COMES LIPPIENSIS XXVIII.
EPISCOPUS PADERBORN.**

Annus Christi 1321.

Joannis XXII Pont. 5. Ludovici IV. & Friderici III Reg. 8.
Bernardi V. Ep. Pad. 1.



Haud multum ab excessu Theodorici deliberatum de Successore, quando jam ante omnium suffragiis

designatus Bernardus Majoris Ecclesie nostrae Præpositus; vir qui a primis annis in hoc Clero enutritus, ob virtutum merita ad supremam hanc Præpositi

Bernardus
tercius ex
Comitibus
Lippiensi.

tabulas, quæ sita, ut fit, ab inquietis nova litis & libertatis materia, qua multos exinde annos haud leviter exagitati Episcopi, uti hæc Gobelinus noster retulit; a quo tamen certus annus hujus obsidionis perscriptus non est, quare & nos ad initia ejus Episcopatus retulimus. Haud omiserim hic Crantzii judicium, quod de urbium statu, quæ per ea tempora floruerunt, perscriptum est. Crescente Oppidorum munitione, crevit & civium in Principes contumacia: quare sine fine laboratum a nobilitate, vel urbium vires enervare, vel penitus obruere. Si tamen isti per modestiam imperarent, & illi per mansuetudinem parerent, nihil sanctius in terris istis hominum cœtibus, quos Cice-

ro urbes appellat, coleretur. Id vero cum in omnibus Principum urbibus, tum maxime in Episcoporum valere par est; quando satis constat, si primæ origines repetantur, omnes per Saxoniam Episcoporum urbes, Osnabrugum, Bremam, Mindam, Hildesum, Halberstadium, Monasterium, Verdum, Paderbornam, Hamburgum, Magdenburgum, ceterasque, quæ accessere ex vicis arcibusque in Oppida, ex Oppidis in populosas & magnificas urbes, Episcoporum industria exultas, primumque præmunitas esse: nec ab origine Caesarum donatione ac privilegiis alios habuisse Dominos, quam pleno jure Episcopos.

Annus Christi 1322.

Joannis XXII. Pont. 6. Ludovici IV. & Frid. III. Reg. 9.
Bernardi V. Ep. Pad. 2.

Trahebatur per hæc in nonum annum intestinum bellum inter æmulos Reges, quod hoc anno decretoria inter utrumque pugna Ludovicum victorem fecit. Irruperat Fridericus Austriae in superiorem Boariam, confirmatus Henrici fratris milite & Regis Ungariæ quatuor millibus sagittariorum, magnamque vastitatem intulerat. Quo strepitu armorum exitatus Ludovicus, quam maximas potuit ex inferiori Germania copias equitum peditumque conduxit. Junxere se veteres amici, Joannes Bohemæ Rex, & Balduinus Trevirensis Archiepiscopus; censaque fuere xxx millia peditum ab Rheno inferiori deducta ad Ludovicum. Convenere exercitus in Boaria ad Oenum inter Mullendorffium & Oetingam in aciem, quos ipsa dies S. Wenceslao sacra cruento prælio commisit. Fridericus non expectato Leopoldo fratre, qui cum Suevorum copiis in præcinctu erat, secus quam ceteri suadebant, agmen ducentorum, qui a Casside galeati dicebantur, in hostem ire jubet: mox octingentos ejusdem armaturæ cum vexillo subsequi imperat; ipse postremo cum robore militiæ in mediam aciem invehit fortissime omnium decertat. Et jam capto Bavari vexillo, pulsoque ejusdem peditatu, victor incedebat; cum Bavari equitatus peditem revocat, redintegratque prælio, Austrios in fugam compellit. Captum

militare signum: ipseque Fridericus, trajecto per medium corpus equo, fortiter adhuc dimicans, postremumque obrutus, in potestatem Ludovici venit, supraque triennium inclusus hæsit, inde captivus in arcem Trausnitiam abductus. Ea victoria non modo Alsatia, sed & totum Imperium transiit ad Ludovicum, uno Leopoldo belli reliquias sustinente, imploranteque Pontificem & Galliarum Regem.

Pacata per hæc Saxonia; nisi quod in Chronico Salisburgensi legam, Albertum Saxoniam Ducem copias junxisse Friderico Austriae, & cum hoc prælium produxisse Saxones. Quietus quoque Colonienfis Archiepiscopus, quamlibet Friderici studiosissimus. Is togæ sacre consilia amplexus, sub id tempus fere, pridie videlicet Calendas Novembris, celebrem habuit Coloniae provincialium Episcoporum synodum; cui Godefridus Osnabrugensis, & Godefridus Mindensis interfuere, Ceteri per Legatos; missusque a Ludovico Monasteriensi Episcopo Magister Rutgers de Aldendorp Decretorum doctor, & Henricus de Bicken Canonici Monasterienses. Multa in ea synodo salubriter statuta, ac pleraque renovata ex synodus Engelberti Archiepiscopi.

Opportune hæc Episcoporum synodus convocata ad Lollhardorum hæ-

Z

refin

Crantz. l. 8.
lib. 6. c. 35.

Conflictus
Friderici &
Ludovici.
Reg. in
quo hic vi-
dior, Fride-
ricum cas-
povum
abducit.
Albert.
Argent.
Ebdorf.
in annal.
Cuspinian.
in Friderico
brovver.
lib. 17. an-
nal. Trevir.
Hijer. Boic.
Cöron.
Elyvan.
Chron.
Salisburg.

Chron. Sa-
lisb. apud
Canisium
tom. ult.
Synodus
Provincia-
lis Coloni-
ensis.

Bernardus
Ep. Brehe-
lensium
privilegia
confirmat.
Vicinos si-
bi Comes
& Nobiles
adjungit.

Quorum
opera us-
bem Pa-
derborn.
oblidet, &
ad desolati-
onem cogit.

Trithem. in Chron.
Hirsing. ad ann. 1315.
¶ 1:22.
Lolhardorum hæresis, ejusque nefaria dogmata.

refin obtendam, quæ a Waltero quodam Lolhardorum Magistro, & principe flagitiosissimo illius sectæ, in urbe Coloniensi, vicinisque locis disseminabatur. Eademque hæc secta erat, quæ Begardorum & Beguinarum, quæ in Italia origines sumpserat Dulcino hæresiarcha, inde per Austriam & Bohemiam sparsa; refeditque inter Bohemiæ latibula ad tempora Hussitarum & Lutheri, e qua tanquam erucarum femine nostrorum temporum hæresis renata. Docebant enim hi pestilentes homines Missæ sacrificium esse superstitionem: Baptismum haud plus valere, quam quodlibet balneum: Hostiam, quæ in sacrificio offertur, aut in Eucharistia sumitur, non nisi fictitium esse Deum: proscripto poenitentiae Sacramento, peccatorum confessionem non Sacerdotibus, sed Laicis faciendam esse: Matrimonium haud aliter quam meretricium contractum reputandum: Extremam unctionem nihil prodesse mortalibus: Romanam Ecclesiam congregationem esse impiorum; ridebantur consecrationes Sacerdotum, templorum, altarium, aliorumque sacrorum; damnati ab his dies festi, jejunia, bonorum operum merces, Sanctorum honor cultusque; quippe, qui dicerent inane esse Sanctorum opem implorare: nec B. Virginem, a partu mansisse Virginem, & quæ ejusmodi nefanda erant dogmata, quæ tamen ipsorum etiam confessione cæli solisque lucem non ferrent: cæteros suos conventusque non nisi in speluncis & tabulis ædium agitabant, in omnem libidinem effusi; nulloque discrimine miscebatur pater cum filia, frater cum sorore, mares cum feminis; qui tamen omnium sanctissimos se ferebant, cum mortalium flagitiosissimi viverent. Horum magister doctorque Walterus, postquam Moguntia Coloniæ venerat, sparsisque in vulgus libellis, Germanico idiomate scriptis, multos corruerat, comprehensus est & in carcerem conjectus, palam ante supplicium confessus, multos se relinquere sui dogmatis tam in urbe, quam in vicinis circum locis discipulos.

At ne hæc hæresis in Westphaliam penetraret, fecit vigilantia Episcoporum, qui tum præstantissimi censebantur ex avita majorum religione, Ludovicus Monasteriensis: Godefridus

Osnabrugensis, alterque Godefridus Mindensis, Bernardus Paderbornensis, cæterique sacrorum præfules. Et Ludovicus Monasteriensis, qui ob generis claritudinem ac sapientiam hoc ipso anno arbiter pacis inter Henricum Coloniensium Archiepiscopum & Comitem Waldecensem delectus, ea lege utrumque composuit, ne Statberga, Mons videlicet Martis, suo præsidio nudaretur, nisi & Comes vicissim castrum Wetterburgum prius everteret. Quæ pacta cum post violarentur, Ludovicus rursus utrumque reconciliavit: Quo tempore simul Ludovicus Episcopus fundationem Capellæ Strombergenensis liberalitate Conradi de Batenhorst militis factam approbavit, idque consensione, uti tabula monstrant, venerabilium Dominorum Decani, & totius Capituli, Egberti de Benthem Ecclesiæ majoris Vicedomini & Archidiaconi Strombergenensis. Effecere id Pontificis literæ, de quibus supra relatæ sunt, & Ludovici religiosissimi pietas, qua erga S. Crucem locumque sacrum ferebatur.

Bernardi interim Episcopi nostri haud aliud negotium, quam cum suis vicinisque bonam amicitiam colere. Quæ admodum inter ipsum & Robertum Corbeiensem Abbatem mutua defensionis fœdus in initum; id quod pridie D. Martini publicis tabulis consignatum est. Atque ut duas potentiores suæ diocesis civitates, Warburgum & Brakelenam, arctius sibi in societatem pacis bellive colligaret, utrique vetera privilegia confirmavit. Quæ super re in tabulario nostro publicæ literæ adfunt. Ac Warburgensium tabulis dum se Bernardus Episcopum inferibit, satis constat altero statim anno consecratum fuisse.

Haud minori beneficio sibi devinxit Comitem Swalenberg. & Ravensberg. Nam cum Guntherus Swalenbergensis Comes ob inevitabilem, ut scribit, necessitatem Ottonem Ravensbergensem Comitem cognatum suum publicis tabulis anno superiori fecisset successorum bonorum, simul transcribendo illi omnes Vasallos, Ministeriales, & feudatarios suos; aliis etiam literis ad Bernardum Episcopum nostrum scriptis petit id sibi ejus voluntate & beneficio

P. Crum- bach ex 96. tussis monumentis.
Ludovicus Ep. Monast. Comitum Waldec. & Archiep. Colon. conciliat.

Et ratam habet fundationem sacelli Strombergenensis.

Bernardus Ep. Paderbornensis & Brakelensis ju. ra continet.

Guntherus Comes Swalenberg. & Bernardus Ep. petit sibi permittere, ut possit successorum bonorum suorum facerem Comitem Ravensb.

Novæ in Imperio turbæ, ob abrogatum e Pontifice Ludovico Regi Imperium.

nescio permitti, ita enim Comes ad Episcopum nostrum.

Reverendo Domino suo, Domino Bernhardo Episcopo Paderbornensi Dei gratia Guntherus Comes de Swalenberghe debitum obsequium cum salute. Notum vobis facimus harum serie litterarum, quod cum pleno & expresso consensu filii nostri Adolphi, ac omnium heredum nostrorum, omnes nostros Ministeriales & vasallos, atque fideles in virum Nobilem Dominum Otonem de Ravensberg consanguineum nostrum prædictum, & suam posteritatem transulimus, cum omni jure, quod nobis

& nostris hæredibus in eis hæctenus competebat, vel competere possit in futurum. Quapropter honestatem vestram attentius deprecamur, quatenus Ministeriales nostros & vasallos, atque fideles, a vobis, & ab Ecclesia Paderbornensi descendentes, sicut nos & progenitores nostri eos a vobis & prædecessoribus vestris tenuimus, præfato Comiti conferre dignemini, & eum ac hæredes suos de præmissis infeudare. In cujus rei testimonium & munimen præmissorum nostrum sigillum præsentibus duximus apponendum. Datum & actum anno Domini 1322, crastino Divisionis Apostolorum.

Annus Christi 1323.

Joannis XXII Pont. 7. Ludovici IV. & Friderici III. Reg. 10
Bernardi V. Ep. Pad. 3.

Novæ in Imperio turbæ, obshrogatum a Pontifice Ludovico Regi Imperium.

Victo & in captivitate abducto Friderico Rege, cum pax & quies sperabatur, novum Reipublicæ Christianæ vulnus infligi cæpit. Quippe Joannes Pontifex Ludovicum Regem Avennionem ad dicendam causam citat; datumque crimini, quod nondum inspecta probataque electione regnum sibi sumeret, & Imperatorem se gereret sine Apostolicæ sedis auctoritate: quodque Galeatium & Vicecomitem Mediolanenses schismaticos damnatosque a Pontifice armis adversus Ecclesiam Romanam juvisset, ac filium suum septemvirali dignitate auxisset. Nam extincta Brandeburgicorum Marchionum familia, Ludovicum filium majorem natu Marchiæ Brandeburgicæ imposuerat. Inde Ludovico, cum ad dictum diem se non stitisset, V. Idus Julii abrogatur Imperium. Ea sententia per omne Imperium promulgata, Ludovicus xv Calend. Januarii Nurimbergæ concilium advocat, palamque contestatur, iniquis apud Pontificem accusationibus secum agi, qui majori Suffragiorum numero sit electus, nec consilia, nec arma cum hostibus Romanæ Ecclesiæ communicarit; eo se appellare ad Pontificem melius edocendum, aut ad concilium generale, aut ad sedem Petri, quæ Romæ sit; quod in Galliis Rex Galliarum inflammaret Pontificis adversus se odia. Sane auctor est Albertus Argentinenfis, convenisse per id tempus prope Confluentiam Legatos Pontificis & Regis Franciæ, agital-

seque cum Germanis consilia de Francorum Rege ad Imperium admovendo, quæ disjecerit Commendator Ordinis Teutonici, frater Matthiæ Moguncini Archiepiscopi. Quanquam nec Parisiis, uti nec in Germania a juris consultis probaretur processus adversus Ludovicum; interque Theologos repertus est Ockamus, gente Anglus, & ordine Franciscanus Monachus, qui Ludovico scripserit, securumque fecerit hoc cum primis dicto: tu me Imperator gladio, ego te calamo defendam.

Atque ea dum commoto rursus Imperii statu aguntur, Westphaliam conturbavit Engelbertus Marcanus Comes; facta quippe in dicecesin Monasteriensem irruptione, Halterenam ad Luppam Monasteriensem Episcopi Oppidum occupat; inde per interiorem dicecesin ferro flammaque grassando, Sendenhorstium Oppidum expugnat, injectisque ignibus exurit, frustra Ludovico Episcopo Oppidanos ad defensionem, frustra etiam suos nobiles clientesque milites ad subsidium pugnamque cohortante. Quibus non dejectus Ludovicus Episcopus validiores copias contrahit, ulturusque Marcanum, ad Hammonam Oppidum expugnandum ducit. Quæ postquam Marcano mature detecta, cum instructis copiis in campum prodit, occurrentemque Monasteriensem Episcopum ad pontem Hammonensem una cum 70 equitibus intercipit, captumque abducit. Id quod

Comes Marcanus dicecesim Mosnasteriensem vastat, capto ejusdem dicecesis Episcopo. Levoldus, Chron. Monast. Kersbr. in Episcop. Monast.

Z 2

Hasso-

Hafforum militum, quos e sua gente conditos, submissosve a Landgravio habebat, temeritate, locorumque ignorantia factum referunt annales. Ea victoria inflatus Marcanus pridie Apostolorum Petri & Pauli novam in dicecesin incurfionem fecit, perlatusque ad dicecesis aggeres, quos vulgo Landwere vocant, Episcopi provinciales milites excubitoresque profligat. Inde pridie Margarethæ virginis ad arcem Reuschenberg Monasterienfes aggressus, altera clade in fugam compellit. Sed levia hæc, nec digna referri, nisi Leoldus Marcanorum fuorum studiosissimus retulisset.

At Theodoricus Cliviæ Comes, cum indigne ferret iis injuriis tractari cognatum Episcopum suum, quem Otto frater introduxerat; & ipse Marciano bellum movit, magna que damna Marchiæ intulit. Qua opportunitate excitati Monasterienfes Halterenam recipiunt, junctamque Cliviæ comitatu Marchiam pervasant. His malis fractus Marcanus ad pacta se offert; datique arbitri Adolphus Montium, & Henricus Waldecensis Comites. Pax demum his legibus convenit: Ludovicus pro se & ceteris captivis 7000 marcas penderet: Marciano fas esset Lunense Oppidum Luppiæ impositum munire, & pro arbitrato ædificiis instruere.

Spectabat hæc ex bona quiete Bernardus Episcopus noster, nullis vicinorum bellis immixtus, quem hic annus occupavit in perlustranda dicecesi, inspiciendis que paræciis, & religiosorum Monasteriis. Ac cum grata memoria recoleret liberalissimam donationem Sophiæ Herisiensis Abbatissæ, totiusque cætus illius religiosarum Virginum, qua ante centum annos castrum Hindeberg, & civitatem Brakelensem ultro in manus dedere Bernardo III. Episcopo, & Paderbornensi Ecclesiæ, uti hæc supra a nobis relata sunt, Bernardus Episcopus noster multis atque eximiis privilegiis Herisiam exornavit, quod hisce literis posteritati testatum esse voluit.

Bernardus
Ep. plura
Herisiensis
bus privile-
gia confert.

Bernardus Dei gratia Paderbornensis Ecclesiæ Episcopus salutem omnibus in perpetuum. Noscat evidenter fidelium, tam præsentium quam futurorum,

sincera charitas, quod donationem proprietatis castri Hindenburg, & civitatis in Brakele, & septem mansorum ante castrum Hindenburg sitorum, quos quidem mansos una, cum castro Wernberg Wernerus & Joannes fratres de Hindenburg nobis & Ecclesiæ nostræ vendere decreverunt, prout mansi illi in toto vel in parte ab Ecclesia Herisiensi descenderunt, quam Domina Sophia Abbatissa secularis Ecclesiæ Herisiensis de consensu sui conventus nobis & Ecclesiæ nostræ perpetua donatione donavit, & tradidit; gratam gerimus & acceptam, ejusque donationem in hoc facto multipliciter commendamus, & ut eadem Domina Abbatissa ac Herisiensis Ecclesia in perpetuum sentiant, se a nobis perfectam gratitudinem recepisse, de consilio, beneplacito, ac pleno consensu honorabilium Dominorum, Præpositi, Decani & Capituli nostri statuimus & ordinamus, ut quicquid juris, commodi, seu honoris Ecclesia Herisiensis, & ejus homines habuerunt in civitate Brakele, excepta sola proprietate fundi civitatis, hoc totum integrum & illæsum retinere debeant in futurum, eo superaddito, quod bona Ecclesiæ Herisiensis, & personarum, seu hominum ipsius Ecclesiæ & etiam ipsi homines in civitate Brakele judicio Ecclesiastico, vel seculari nunquam debebunt, nec poterunt arrestari, nisi possit legitime ostendi, quod seu homines Ecclesiæ ipsius coram Domina Abbatissa Herisiensi, que pro tempore fuerit, justitiam facere denegarint. Item pro ampliori recompensa ejusdem donationis de consensu Capituli nostri Dominam Abbatissam, & conventum & Clerum per Dominam Abbatissam in Herisia beneficiatum, & familiam Dominarum libertamus, eximimus, & liberos esse volumus in perpetuum ab omni exactione seu contributione, aut petitione Episcopali, sive illa sit generalis per totam dicecesin Paderbornensem, sive specialis, ad Clerum Episcopatus Paderbornensis, & ad Ecclesias in Paderbornensi dicecesi constitutas. Ita videlicet quod Ecclesia Herisiensis ad quamcunque exactionem, contributionem, subventionem & petitionem Episcopalem sub quacunque forma verborum hoc exprimat, vel exprimi possit, nihil omnino contribuere teneatur. Imo etiam talis contributio ab eadem Ecclesia & ejus personis nec unquam debet peti, nec omnino requiri, sed

Oderic, in
hist. Ecc.
Brevius
Heriuar.
Annal.
Boni.
Cler. Colon.
Ludovicus
R. a Ponti-
fice excom-
municatur

sed curati tenebuntur facere, quod una cum aliis sacerdotibus in eade Brakele existentibus hactenus facere consueverunt. Adhuc ex uberioris gratiae & benignitatis dono in recompensam supradictae donationis concedimus Ecclesiae Herifensis, quod si Ecclesia ipsa seu ejus personae nomine Ecclesiae pariter & divisim uno tempore vel pluribus bona aliqua, scilicet decimas, mansos, & quaecunque bona alia hereditaria comparare possint, vel alia justo titulo acquirere usque ad summam trecentarum marcarum denariorum Susatensium, exceptis munitio- nibus, & jurisdictionibus & judiciis, & propriis hominibus Ecclesiae Paderbornensis, quorum quidem honorum ad nos & Ecclesiam nostram proprietates pertinet, illam proprietatem nos, vel Successores nostri & Capitulum liberaliter, & absque ulla difficultate donabimus, & donare tenebimur Ecclesiae Herifensi, & literas super tali donatione confectas absque difficultate, & expensis literarum Herifensis cum sigillis nostris dabimus sigillatas. Ad evidentiam vero, & ad perpetuae rei memoriam eorum,

quae supra scripta sunt, praesentem literam sigillorum nostrorum, scilicet Episcopi & Capituli, fecimus appensione muniri. Nos vero Dei gratia Praepositus, Decanus, & Capitulum Ecclesiae Paderbornensis supradicta omnia recognoscimus esse vera, & pro testimonio nostrae ratificationis, approbationis, voluntatis, & consensus sigillum nostrum apposuimus huic scripto. Testes hujus rei sunt Ludolfus Decanus BB. Apostolorum Petri & Andreae Paderbornensis, Liborius Canonicus Ecclesiae Bilveldensis & Notarius Reverendi Domini Episcopi Paderbornensis, Bertoldus & Henricus Presbyteri hebdomadarii Ecclesiae Herifensis, Henricus Capellanus Dominae Abbatissae Ecclesiae praedictae, Rabeno de Driborch, Hermannus de Heerse milites, Henricus Bolemast, Gerardus de Telingsdorpff Officiarius Domini Episcopi praedicti famuli, & alii quam plures fide digni. Datum die Dominica, qua cantatur misericordia Domini. Anno Domini Millesimo trecentesimo vigesimo tertio.

Annus Christi 1324.

Joannis XXII Pont. 8. Ludovici IV. & Frid. III. Reg. II.

Bernardi V. Ep. Pad. 4.

Laborabat per haec Imperium ex diffidii malo inter Pontificem & Ludovicum Regem. Nam etsi Ludovicus Legatos suos misisset ad Pontificem, qui objecta crimina diluerent, atque ipse etiam, si qua in re laesisset Pontificem, pro iis satisfacturum se, fidumque Ecclesiae defensorem promitteret; Pontifex nihilominus ex causis in concilio Cardinalium discussis (quas auctor historiae Ecclesiasticae multis exponit, contenditque adversus Herwartum) X. Calend. Aprilis Ludovicum Regem anathemate percutit, ac V. deinde Calend. Julii veluti contumaci Imperium abrogat, quod scriptis per Germaniam ad Episcopos literis promulgari iussit. Quare vetus denuo schismatis malum, se veritate Pontificum, Germaniam afflixit. Quippe cum Trevirensis Pontificis mandato parere, detrectaret, obsecuti sunt Moguntinus & Colonienfis Archiepiscopi: Ceteris inter haec Episcopis & Principibus, quo se veterent, ambiguis, & hinc Regis, inde Pontificis indignationem metuentibus.

Ludovicus Rex interea secundo Rheno delatus deductusque a Joanne Rege Bohemiae ac multis Germaniae proceribus mense Julio nuptias habuit Coloniae cum Margaretha Wilhelmi Hollandiae Comitis filia. Confluxit ad hanc celebritatem magno numero Germanica Belgicaque nobilitas; a qua cum Henricus Colonienfis Archiepiscopus se subtraheret, confortium Regis, communione priorum a Pontifice interdicti, averfatus, summam Regis (cui tamen constantissime hactenus haeserat) indignationem incurrit. Ut videas quam fluxae sint & vanae Principum amicitiae. Ad Regis iram urbs Colonienfis, ac veteres Archiepiscopi hostes se commovere; obsessaque a Rege Bohemiae Bonna Archiepiscopi sedes; quemadmodum id ab auctore Chronici Bohemici scriptum est; interque cetera damna Advocatia urbis Tremonienfis adempta Archiepiscopo, translataque auctoritate Regis in Waldecensem Comitem.

Ingens deinde bellum conflatum in Ludovicum Monasteriensem Episcopum,

Nuptias
Colonie
celebrat.

Chron.
Bohem.
Calvisius.
P. Crumb.

Odoric. in
hisor. Eccl.
Brevis.
Herwart.
Annal.
Boici.
Chr. Colon.
Ludovicus
R. a Pontif.
fice excom-
municatur

Bellum Ludovicum Ep. Monasterii inter & Geldria Comitum quod intervenerunt componitur.

pum, seu Rege inflammante, quod cum Colonienſi ſe ad Pontificis voluntatem accommodaret, ſeu Geldria Comitum conſpiratione. Interceperat enim Gelder Brevordia caſtrum; quam injuriam ulturus Monasterienſis, caſtrum armata manu recipit, aliaque Geldria loca aut vaſtat, aut eripit, milite, ut fit, ſimul in arma accenſo. Ad qua Gelder excandefcere, & ferale clauſum canere; tractique in ſocietatem belli Joannes Rex Bohemiae, Epifcopi Leodienſis & Trajectenſis, Comites Flandriae, Hollandiae, Artheſiae, Marchiae, Juliae & Montium; Ab his exercitus 7000 equitum, & peditum longe majori numero contractus, itumque in Monasterienſem diceceſin. Non in hoc diſcrimen conjeſtus Ludovicus animum abjecit; praeterque provincialem militem, quem maximis contraxerat viribus, Epifcopum Oſnabrugenſem, Lippienſem, Waldecanum, Seinenſem, aliosque ſibi Comites & Dynaſtas jungit in belli ſocietatem. Horum auxiliaribus copiis adjuvus, conſiſtusque patrocinio D. Pauli, & cauſae aequitate Coeſfeldiam procedit, hoſti obviam. Stabat feſto D. Aegidii die uterque exercitus in acie, ac velitationibus etiam commiſſus; cum viri inter eos ſpectabiles miſerati impendentem lanienam, pacem ſuaſere partibus, ad quam mox proni Epifcopus ac Gelder. Datus inter alios arbiter Trajectenſis Epifcopus: conventumque diſcedere ab armis, caſtrum Bredevordia permittere Geldro, circumjacentem vero terram cum villis & incolis juri Epifcopi relinquere. Haec tum ſancte pacta; quam mox violata a Geldro.

Synodus Paderb. a Bernardo Ep. anti quo ritu celebrata.

Utrumne Bernardus Epifcopus noſter una cum Epifcopo Oſnabrugenſi, & Timone fratre Lippienſium Comite Ludovico Monasterienſium Epifcopo ſubſidia militaria tranſmiferit, etſi veriſimile habeam, in annalium tamen noſtrorum memoria non reperio.

Is interim hoc anno decoro magis Epifcopi munere occupatus, convocato omni ſuo Clero & religioſorum ordine, celebrem Paderbornae ſynodum celebravit, quam hoc priſco Epifcoporum ritu, ut in ea annotatum, ingreſſus. Poſt hymnos horae, quam primam dicunt, decantatos, Epifcopus

Capitularem locum intravit; ac poſtquam cum praefulis Eccleſiae & Canonicis pertractaſſet ea, quae in ſynodo proponenda, quaeque ad mores Cleri populique corrigendos decernenda eſſent, proceſſit ad chorum Baſilicae, frequentibus Canonicis, conſeditque ad aram principem; ubi reſento candido indumento, ſumpſit cappam & infulam Epifcopalem capiti impoſitam, chirothecas, pedum paſtorale, & annulum. Inde precibus rite perſolutis, inter duos Abbates infulis quoque conſpicuos medius deductus ad ſynodi locum; hos ſecuri Praepoſitus & Decanus pallis quoque ſacris decori, poſt illos ceteri Canonici & Clerus omnis ordine ſuo, ſacris quoque indumentis ornati. Agmen illud ſacrum praeeſſere duo ſcholares cum ſigno crucis; poſt illos duo alii ſcholares, quorum alter thuribulum, alter candelabrum geſtabat. Hos conſecuti Diaconus & Subdiaconus, quorum alter librum Evangelii, alter ſacras veſtes praeferebat. Demum cantores duo Canonici, ac Camerarius, a quo ſella Epifcopalis deportabatur. Ita ſynodum ingreſſus Epifcopus; in qua cum multa utiliter conſtituta ſunt, tum ordo divinatorum officiorum per ſingulos anni feſtos dies accuratiſſime digeſtus, atque integro, qui ſuper eſt, libro praefcriptus. Quam in rem hoc Epifcopi mandatum, quod libri praefatio habet, in ſynodo palam recitatum. *Hunc ordinem divinatorum officiorum venerabilis Pater Dominus Bernardus de Lippia Paderbornenſis Eccleſiae Epifcopus ex diverſis Praelatorum ejusdem Eccleſiae libris antiquis colligi & ſcribi fecit, & ſtatuit ab univerſo ejusdem Eccleſiae Clero in perpetuum obſervari, ipſo die Galli Confeſſoris in generali ſynodo. Anno Domini mcccxxiii, & mandavit, quod quicumque Praelatus aut Clericus poſt publicationem ſine conſilio ſui Epifcopi & Capituli ſimul aliqua in iſto ordine mutaverit, ipſo facto in anathemate ſit.*

Auxit etiam hoc anno Bernardus Epifcopus diceceſin ſuam caſtro & Oppido Vorden. Id quidem caſtrum Abbas Cœnobii Mariae olim extruxerat, munieratque cum Oppido; poſt vero, cum adverſus vicinorum incurſiones, praedonum inſolentiam, & temporum iniquitatem nec caſtrum, nec oppidum cum

Caſtrum & oppidum Vorden, donatione Abbatiss Mariae emuniſſet, accedunt ad Eccleſiam Paderbornam.

cum circumpositis possessionibus infirmi Monachi tueri amplius non possent, Abbas & Cœnobitæ ultronea donatione ad Episcopum & Ecclesiam Paderbornensem transtulere; delectusque in locum Comitum Swalenbergensis Episcopus Advocatus & defensor Monasterii. Quanquam id non sine grata compensatione Episcopi & Capituli factum sit. Ea vero donatio, cum ad annalium nostrorum memoriam spectet, hic ipsas tabulas reddimus.

Bernardus Dei gratia Paderbornensis Ecclesiæ Episcopus salutem omnibus in perpetuum. Quæ coram nobis perpetuo duratura in memoria digna geruntur, ne per oblivionem tollantur, expedit ut scripturæ testimonio posteris immoletant. Noverint igitur universi, & præcipue illi, quorum interest, quod Dominus Hermannus Abbas & totus conventus dicti Monasterii prope Swalenberg, ordinis sancti Benedicti, nostræ diocesis, provida deliberatione præhabita, consideranti statum terræ sibi circumjacentis esse periculosum, & bona sua temporalia jacere absque cultoribus, miserabiliter esse desolata, nec adesse sibi temporales facultates, sine quibus cultus divinus libere exerceri non potest, unde Fratribus de conventu victualia, & quotidiana stipendia ministrantur. Et quia contra quotidianos prædonum, & invasorum loci illius insultus ultra subsistere non valent, nisi adsit eis temporalis domini præsidium opportunum; propter quod ad nos, & ad Ecclesiam nostram, de qua maxime bonum præsumunt, fiducialiter confugientes, personas suas, & omnia bona sua mundana per nexum colligationis indissolubilis nobis subdiderunt, & firmiter astrinxerunt, ut propter nos & successores nostros & Ecclesiam nostram nullum quærere, requirere, & assumere Dominum, defensorem, Advocatum, aut tutorem valeant in perpetuum temporalem. Nosque & Successores nostri atque Ecclesia nostra Abbatem & conventum de Monasterio, & omnia bona eorum defendere atque tueri constanter tenebimur pro omnibus viribus nostris contra invasores & oppressores, quorumcunque dolo, fraude, & negligentia penitus exclusis, ut sub alis protectionis nostræ, & Successorum nostrorum pacis amicitia, & rerum temporalium ubertate, prout Deus do-

noverit, securius perfruantur. Et si occasione colligationis & subjectionis Abbatibus & conventus prædicti, a Comitibus de Schwalenberg, seu aliis quibuscunque, cujuscunque sint conditionis, sexus, aut status, impugnantur, opprimuntur, eos a talibus oppressionibus debemus juxta omnem possibilitatem nostram defendere, & efficaci defensionis subsidio præservare. Per hanc tamen colligationem nullum jus speciale in bonis, prædicti Monasterii Nobis, aut nostris Successoribus acquiratur, ut in hominibus & bonis Monasterii ejusdem aliquas petitiones facere, vel quicquam temporalis commodi petere, quærere, vel exigere debeamus, sed solam defensionem & conservationem hominum & bonorum Monasterii ejusdem, ut est dictum. Item prædictus Dominus Abbas & totus conventus de Monasterio post plures deliberationes, & post diversos tractatus solennes, qui in factis hujusmodi de juris præcepto præcedere, & præmitti debent, ex speciali dilectione, & propter firmam spem, quibus circa Nos, & Ecclesiam nostram cum charitatis zelo moventur, pari voto, unanimi voluntate, atque cum expresso consensu omnium illorum, quorum consensus ad hoc fuerat merito requirendus, donaverunt Nobis, Successoribus nostris, & Ecclesiæ Paderbornensi donatione vera, perfecta, atque in perpetuum valitura munitionem suam, videlicet castrum & Oppidum dictum to dem Borde, cum omnibus suis juribus & jurisdictionibus, & specialiter cum alto iudicio, quod *Hogerichte* vulgariter dicitur, agris, campis, silvis, nemoribus, terris cultis & incultis, viis & invois, aquis aquarumque decursibus, piscinis, cum decimis, & cæteris pertinentiis universis, prout hæc omnia comprehenduntur & includuntur sub metis, finibus, terminis, seu limitibus inferius annotatis. Quod quidem castrum & munitionem Abbas & conventus prædicti in solo fundo proprio suo suis propriis sumptibus extruxerunt, nihil juris sibi retinentes, seu reservantes ibidem nisi solam Ecclesiam in Oppido constructam, & quatuor mansos in campo a decima solutos, unam piscinam ante Oppidum, & unum molendinum, quod eidem piscinæ adjacet, quæ cum una area ad hoc convenienti ad dotem illius Ecclesiæ jurgiter permanebunt. Isti vero sunt limites

tes & termini, in quibus concluduntur agri & cætera jura ad Oppidum Worde pertinentia, & incipiunt a via, qua itur de Bratele ad Monasterium Munster prope Abbenborg ascendendo ad piscinam charitatum, piscina ipsa exclusa, & a piscina ipsa usque ad molendinum Schnaghermullen, molendino excluso, & a molendino citra montem Schulenburg, monte ipso excluso, & per medium vallis intra montem Schulenburg & Monasterium ascendendo ad viam, quæ dicitur Munsterwegh, qua itur a Monasterio in villam, quæ dicitur Wenden, per silvam dictam Munsterholt, monte Hungerberg incluso usque ad vias Schratwegen, & transeundo viam Schratwegen ad villam Wende prope tiliam in sinistra parte villæ, tilia in supercilio montis exclusa, & sic a villa Wenden directe procedendo ad viam, qua itur de Oldenberg versus Huxariam, & deinceps per paludem Woldeffen ad locum, ubi terminatur Titwoldesser Marck, & ab illa marca directe transeundo ad Oldenberger marcam, piscina tamen Woldeffe apud Monasterium remanebit. Item ab Oldenberger Marck ad locum dictum Schwinegrabe, & ab hinc circulariter redeundo ad viam Bratelen, qua itur ad Monasterium prope Abbenborg, de qua signa terminorum & limitum, ut supra scribitur, sumpsertunt initium. Ex hac larga & devota donatione Nobis & Ecclesiæ nostræ facta perpendere debent nostri Successores, se ad protectionem dicti Monasterii, & honorum ipsius, etiamsi labores & expensæ eis in hoc accrescant, non frustra sed ex debito obligari. Nos etiam ut eandem liberalitatem gratitudine condigna perpendere & respicere amoscamur, de beneplacito, voluntate, & consensu totius Capituli nostri, & nominatim Domini Borchardi de Assbroch loci illius Archidiaconi, doctes Ecclesiarum, atque Ecclesias in Nibim, & in Pomesen, ac in Oldenberge, & quatuor mansos ante Oppidum Nibim sitos, Nobis & Ecclesiæ nostræ pertinentes a decima absolutos, & duas areas in Nibim, quarum unam inhabitavit plebanus, & alteram eidem contiguam, quæ fuerat Hermannii de Horne, ut ex illis fiat una area dotalis, ab omni servitio & onere civitatis quitam, & liberam donamus, donatione vera, perfecta, & similiter in perpetuum va-

litura, atque incorporamus cum omnibus suis juribus, & pertinentiis Abbati & conventui de Monasterio supradicto, ut eadem Ecclesiæ una cum Ecclesia Steinheim, & Ecclesia in Woerde sit in potestate Abbatis & conventus de Monasterio. Et quod Abbas Ecclesias suas per suos Monachos, viros tamen idoneos ad suum beneplacitum ponendos & revocandos seu removendos ex causa dum noverit expedire, gubernari faciat, & fructus, proventus seu obventiones ab eisdem Ecclesiis recipiat, ex quibus indigentiam Fratrum sui conventus amplius relevare: jura tamen ligna rescandi in Marck Oldenberge ad dotem Ecclesiæ hæctenus pertinentia quæ Echwort in vulgo nuncupantur, Nobis, nostris successoribus, & Ecclesiæ specialiter reservamus, & ad munitionem Woerde volumus jugiter pertinere: Item de consilio & consensu Capituli nostri cassamus, & irritamus litteras prædecessoris nostri super translatione faciendâ per Abbatem, & conventum prædictos de Monasterio ad Oppidum Steinheim consecras, sed potius decernimus, ut in loco suæ primæ fundationis de cætero permaneant, ut loci illius fundatores sua spe & devoto proposito, qui congregationem Monachorum ibidem instituerunt, & ibidem permanere perpetuo decreverunt, ipsosque litteras declaramus de cætero nullius existere firmitatis eo salvo, quod Ecclesia in Steinheim cum sua dote, & cæteris pertinentiis incorporata remaneant Monasterio supradicto, & Abbas Monasterii, qui pro tempore fuerit, per Nos & Successores speciali quadam prærogativa honorari dignoscatur; quotiescunque Abbas Monasteriensis post electionem de se factam confirmatus fuerit ab Episcopo Paderbornensi, tunc curam animarum Ecclesiarum in Nibim, in Steinheim, in Pomesen, in Woerde, & in Oldenbergen, quæ ab Archidiacono loci hæctenus tenebantur, recipere debet, cui etiam Episcopo de juribus Episcopalibus, quantum ad Ecclesias illas integre respondebit. Nos etiam & Successores nostri, qui collationes prædictarum quinque Ecclesiarum in potestatem Abbatis Monasteriensis, & suorum Successorum transulimus pro aliquali recompensa, potestatem habebimus conferendi in Monasterio ex nunc & in perpetuum tertiam præbendam, quam ibidem vacare contigerit,

gerit, persona tamen idonea, & ad regularem institutionem apta: Quae quidem persona recipietur absque difficultate a Fratribus conventus, secundum consuetudinem, quae juxta Monachos ibidem de novo receptos a retroactis temporibus esse dignoscitur observata. Quotiescunque vero Abbas praedictus in praefatis quinque Ecclesiis, seu in altera ipsarum novos Rectores ponere decreverit, toties destinabit eos ad loci Archidiaconum, ut sibi solum quoad observantiam & executionem mandatorum suorum obedientiam repromittant. Ipse enim Abbas, seu confratres sui, qui praedictis Ecclesiis praesunt, Archidiaconum loci, vel ejus substitutum temporibus illis, dum synodis praesidet, & praesidere consueverunt, Archidiaconalibus honorifice recipere, & decenter procurare tenebuntur, sicut haecenus fieri est consuetum. Cum autem Monachi illi, qui praedictas regunt Ecclesias, decedunt, vel ad mandatum sui Abbatis recedunt, loci Archidiaconi jura illa, quae communiter vocantur synodalia, & quae a secularibus Clericis decedentibus suis Archidiaconis exhiberi consueverunt, dare, & persolvere, cum Monachi proprium non habeant, nullatenus tenebuntur, nec Archidiaconus loci talia jura debet requirere seu petere ab iisdem, sed in recompensam istius emolumenti Abbas Monasteriensis, & ejus successores Archidiacono in Steinheim qui pro tempore fuerit, unam marcam denariorum in Susato legalium, in die B. Galli Confessoris in Paderborn singulis annis futuris nomine pensionis annuae praesentabunt, In signum etiam recognitionis hujus donationis, & libertatis per Nos & Ecclesiam nostram factae Monasterio supradicto de omnibus praenominatis quinque Ecclesiis dabit Abbas Monasteriensis Capitulo nostro singulis annis in die B. Liborii Confessoris viginti & quatuor libras cereae, de qua fieri debent duocerei magni omni die ad missam in superiori choro ante altare B. Liborii post praefationem accendendi, & nullatenus extinguendi tandiu, quousque elevatio salutaris hostiae & calicis cum omni reverentia plenius sit completa. Ut autem praesentis ordinationis perpetuus contractus fideliter & inviolabiliter observetur praesentes litteras desuper confectas conscribi, & sigillorum utrarumque partium, Nostro scilicet & Capi-

tuli nostri & Abbatis atque conventus de Monasterio parte ex altera appositione litteris praesentibus sub una forma & tenore duplicatis ad perpetuam rei memoriam fecimus communiri. Nos vero Hermannus Abbas & conventus de Monasterio prope Schwalenberg supradicti, omnia & singula superius in praesentibus litteris conscripta recognoscimus esse vera, & ad firmandam gestorum hujusmodi veritatem sigilla nostra praesentibus duximus apponenda. Testes hujus rei sunt Ludolphus Decanus Ecclesiae Sanctorum Petri & Andrea Apostolorum Paderborn, Henricus Decanus novae Ecclesiae sancti Petri in Huxaria, Bertboldus Plebanus in Brackle, Liborius Notarius dicti Domini Episcopi, Everhardus de Mendersen, Olricus de Neder famuli, & alii quam plures fide digni. Datum Paderbornis, Anno Domini Millesimo trecentesimo vigesimo quarto, in die beati Petri Apostoli ad Cathedram.

Convenere praeterea hoc anno Delbrugiae Bernardus Episcopus, Simon frater Comes, & Simon Comes Ritbergensis Paderbornensis Ecclesiae Canonici, multique honorati viri. Quo in congressu Simon Comes Lippiensis largos decimarum proventus, quos in superiori inferiorique Brake, Comitatus Lippiensis, a majoribus feudi nomine ab Ecclesia Paderbornensi acceperat, ultro reddidit Bernardo Episcopo fratri suo; quos exinde Episcopus ex consensu Capituli Abbati & Caenobio Marienfeldensi donavit; idque religione & pietate in sacrum hunc locum factum ab utroque, in quo tritavus illorum Bernardus II. olim Monachi habitum susceperat, ex eoque Selonien- sium Episcopus transumptus erat. Extant hujus donationis binæ tabulae, quarum altera in Delbrugia Idibus Martii, altera Paderbornae XII Calend. Aprilis multis testibus approbatae consignataeque sunt; ac in postremis hisce Simon fatetur, se id ex voluntate quatuor filiorum suorum, Henrici videlicet Mindensis Praepositi, Ottonis, Simonis & Bernardi fecisse; ut jam Pideritis Scriptor Lippiensis fallat, qui duos tantum Simonis hujus II. filios recenset, Ottonem videlicet & Bernardum, a quibus comitatus primum in duas partes divisus, Ottone Blombergam, Bernardo

Conventus Delbrugisensis, in quo Comes Lippiensis Decimas Episcopo Pad. reddit quas hic Caenobio Marienfeldensi attribuit. Piderit. Geneal. 7. Chron. Mind. Crantz. 1.9. Metrop. c. 19.

Hornam incolente. Sed ille hæredum tantum filiorum meminerit.

Et convenit inter Episcopum & viduam de Hörde de villa Mönninghausen.

Eodem in loco Bernardum Episcopum inter & viduam Friderici de Hörde convenit de Villa Monninghausana, tabulis sequentibus hac super re decima sexta Januarii confectis.

Nos Cunegundis relicta quondam Friderici de Hörde mulieris, ac Thymno & Bernardus eorum filii recognoscimus, ac presentibus attestamus, quod cum questio seu controversia inter Nos ex una, & Reverendum Dominum Dominum Bernardum Episcopum, Præpositum, Decanum, & Capitulum Ecclesie Paderbornensis parte ex altera super officio suo seu villicatione in Monninghausen verteteretur, placitavimus & concordavimus, mediantibus Nobilibus viris Dominis Simone Domino Lippensi, Hermanno, Ludolpho, Burggyaviis in Stromberg, & Alberone post milite amicabilibus compositoribus, dictis vulgaviter *Schüde*, inter nos specialiter pro utraque parte deputatis & electis cum dictis Domino Episcopo, Decano & Capitulo, in hunc modum videlicet, quod dictum officium, seu villicationem in Monninghausen, cum omnibus suis juribus & pertinentiis, quod, vel quam ab eisdem Dominis, Episcopo, Præposito, Decano & Capitulo, tenemus pro octingentis marcis denariorum in monasterio & Soto legalium titulo pignoris obligatum, seu obligatam, quandoecunque, quocunque anno dicti Domini, Episcopus seu Successores, seu Præpositus, Decanus, & Capitulum in sua Beatorum Martini & Petri ad Cathed. subsequentis festa duntaxat dictum officium seu villicationem redimere decreverint, pro summa prædicta octingentarum marcarum denariorum prædictorum reddere & restituere tenebimur, liberum & solutum, seu liberam & solutam quibuslibet oppositionibus, dilationibus, seu impetitionibus ex contradictionibus

quorunlibet retrojectis, cumque Nobis seu alteri nostrorum dictam redemptionem per unius mensis spatium præintimaverint, seu suo nomine præintimari fecerint, ipsam terminum solutionis in Lippia respicere, & pecuniam nostram hujusmodi ibidem recipere erimus obligati: renunciantes ex nunc oppositionibus, defensionibus, literis & instrumentis quibuscunque, ac universis juris tam Canonici quam civilis, beneficiisque, quæ contra formam presentis literæ, aut aliquem articulum in ea contentum Nobis & hæredibus nostris possunt de jure vel de facto aliquantulum suffragari.

In quarum omnium firmitatem Nos Cunegund ac Thymno sigilla nostra, & Ego Bernardus sigillum Domini Erenfredi de Bredenole militis avunculi mei pro me, quia proprio sigillo careo, presentibus duximus apponenda. Nos etiam Simon Dominus Lippensis, Hermannus, Ludolphus Burggravius in Stromberg, ac Albertus post miles compositores, & Zona prædictæ pronunciatores in testimonium præmissorum, quæ per nos acta pronuntiata sunt, ad requisitionem ambarum partium presentis scriptum nostris sigillis duximus munientiam Actum & datum in Delbrugge Anno Domini millesimo, trecentesimo, vicesimo quarto, in die Beati Marcelli Papæ & martyris.

Mortalem hanc vitam exiit hoc anno postridie S. Servatii Godefridus Waldecensis Comes, xxxviii Mindensium Episcopus, gesto in decimum annum magistratu illo, magnoque sui desiderio relicto. Successor ei datus Ludovicus Ottonis Ducis Lunenburgensis filius consecratus Episcopus, qui exinde per xxii annos dicecesin quiete administravit, non alia re gesta magis commendatus, quam culto cum omnibus pacis studio.

Obitus Godefridi Ep. Mindens. cui successit Ludovicus e Ducibus Lunenburg.

Pax nuper inter Episcopum Monast. Golicæ Comitem interta, ab hoc violatur; redintegratur, multo ab Episcopo Monast. literis laboratur.

Annus Christi 1325.

Joannis XXII. Pont. 9. Ludovici IV. Reg. 12.
Bernardi V. Ep. Pad. 5.

Pace facta, liber a Ludovico R. Fridericus dimittitur. Albertus Argent. Rebdorf. in annual. Hervuart. Spondanus, Boici annual. Cuspinian.

Tandem anno postero Ludovicus Cæsar publicæ Imperii tranquillitati consulturus, cum jam ante lanceam & cetera augustalia signa a Leopoldo Austriae Duce accepisset, Fridericum Austriam e carcere Bavarico dimittit liberum; pace tamen prius inter utrumque certis legibus convenita. Utrumque Fridericus inter cetera regio se titulo exuere iustus sit, disceptant inter se Boji & Austrii scriptores. Auctor est Rebdorfius Fridericum una cum regno etiam regium titulum abjurasse, sed

postquam libertati redditus, Regem se non minus quam antea scripsisse, quod Cuspinianus binis Friderici diplomaticis confici vult. Pax interim inter utrumque aliquamdiu bona fide culta; eo jam securius, quiescente æmulo, Ludovicus Cæsarem se ferre visus.

Sed hujus dominatu accensi veteres Colonienfis Archiepiscopi hostes, cives cum primis Colonienfes, unaque federati, Joannes Bohemæ Rex, Engelbertus Marcanus, Adolphus Montium,

Veteres Archiep. Col. hostes in hujus dicecesin denique irruunt Lovian.

* Gronlo. nunc Gronlo. oppidum.

tium, Wilhelmus Hollandiæ Comites, Adolphus Leodiensis Episcopus, numeroſo instructo exercitu in Westphaliam irrumpunt, evastatisque Coloniensis dicecesis agris, proximis ante festum Ascensionis diebus Wolmunsternium, munitissimum ad Ruram castrum, obsidione incingunt; in id quia omnis vis & machinæ conversæ, xxv Julii deditur, ac funditus evertitur. Hærebat Archiepiscopus, & Rupertus Virneburgicus Westphaliæ Marchallus cum copiis suis nunc Sufati, nunc Werlis, si qua se adoriendi hostes occasio, aut solvendæ obsidionis via aperiret; at multa machinantem impediit Leodiensis Episcopus Marcani frater, castris circa Unnam Oppidum a tergo positis; metuque, ne quid tentaret, continuit Archiepiscopum. Calamitosa & fatalia tempora, quando Principes & Episcopi visi sunt arma civilia in se vertere, quæ majores olim in barbaros sumebant.

triduo post festum Philippi & Jacobi transmissæ: At Geldro ad omnia tergi versanti addidit tertias literas, quibus spondet se post festum D. Michaelis venturum Coloniam cum comitibus, Godefrido Seinenſi, Ottone Ravensbergenſi, & Simone de Lippia, fratre Bernardi Episcopi; rogatque Reinaldum Gelriæ Comitem, ut ipse vicissim cum Wilhelmo Hollandiæ, Gerharo Juliacenſi, & Adolpho Montium Comite adſit Coloniæ ad præstitutum diem; ibi quidquid hi arbitri de pactis per Trajectensem Episcopum statutis decideri sint, se ratum habiturum; interim captivi utriusque nec sine litro solvantur, maneanque 500 marcæ, quibus Geldro ob Bredevordiam Ludovicus obſtrictus sit. Veneritne Coloniæ Gelder, haud compertum, id tantum Monasterienſes quidam facti memorant, post biennium demum bellum hoc sopitum esse, Stationamque & circumpositas Bredevordiæ possessiones agrorum cessisse Monasterienſi, Geldro vero arcem Bredevordianam. Traduntur passim ex ævo illo Episcopi a scriptoribus nostrorum temporum tanquam ad aliena a munere sacro bella proruperint, ac spoliis aliorum Episcopatus auxerint. Sed hi parum memores, quibus injuriis laceſſiti, & qua necessitate adacti, invitique ad arma protracti sint, quando alterutrum necesse erat, aut correptis armis se tueri, aut omnia Episcopatus bona vicinorum Comitum rapinis permittere. Tam illi iniquis oculis aspiciabant Episcoporum patrimonia per Westphaliam & Saxoniam, Caroli M. ceterorumque exinde Cæſarum liberalitate aucta, quam insatiabilis eorum erat cupiditas, donec fatali nostro ævo omnia hæresi in spoliolum venirent.

At non minus Reinaldus Gelriæ Comes, homo turbulentus & impius, qui jam in septimum annum fratrem tenebat in carcere, destitit divexare Ludovicum Monasterienſem Episcopum. Anno quidem superiori pax inter utrumque sancte convenerat, arbitro Joanne Trajectensi Episcopo. Vix dies unus alterve abiit, cum Gelder rapinis, incendiis & cædibus graſſari per dicecesin viſus, damno etiam trium millium marcarum brevi illato. Qua super re literis ad Geldrum scriptis, quæ in manibus sunt, simulque ad fidejussores appellando, gravissime questus Episcopus, perfidiam & perjurium Comiti exprobat. Ac ne novo bello, quod jam justa ex causa sibi esse posset, inter se committantur, offert se integerrimus Episcopus denuo ad firmandam pacem, loco inter Vredenam & * Gronlo nominato, quo Trajectensem Episcopum secum deducturus sit, arbitrum pronæ pacificationis. Ad has Ludovici literas, intra octavam Paschæ datas, nihil respondit Gelder. Quare alteras idiomate germanico ad Geldrum dedit, quibus denuo se offert ad pacta inter se & Geldrum per Joannem Trajectensem Episcopum inita; petitque in hanc rem conventum institui Coloniæ; in eo quidquid Consules ac Senatores Agrippinenses arbitri præscripturi sint, id a se sancte observatum iri. Literæ hæc

Haud alia ex hoc anno memoria Bernardi Episcopi nostri, quam quod pacis justique amans litem inter Lemgovienſes & Gerdensis Cœnobii Virgines composuerit; facta nimirum erat venditio bonorum Lemgovienſibus cum damno Gerdensium; ut parti utriusque satisfieret, ipse Episcopus ex suis bonis damnum prædii donatione compensavit Gerdensibus. Adeo Ecclesiæ suæ, quam sacris Virginibus Deo famulantibus detrahi maluit. Qua super re tabulæ extant pridie natalis Virginis multis

Lis inter Lemgovienſes & Gerdenses exorta a Bernardo Ep. componitur.

Pax nuper inter Ep. Monast. & Gelriæ Comitem inita, ab hoc violatur; ut redintegretur, multis ab Episcopo Monast. literis laboratur.

* Gronlo. nunc Grolla oppidum.

Obitus Go defridi Ep. Mindens. cui succedit Ludovicus e Ducibus Luneburg.

Veteres Ato chiep, Col. hostes in hujus dicecesin denno irrumpunt Levoldus.

multis testibus, assensuque Capituli comprobata. Atque ut urbium suarum fidem sibi astringeret, Brakelensibus haud secus quam aliis privilegia jam tertio instauravit.

Per id tempus Susati concessit naturæ Bruno de Warendorp, nobili Wa-

rendorriorum familia ortus, ex qua ad sacram D. Dominici familiam transit: vir cum per omnem vitam ferrea ad corpus catena adstricta, tum magnis virtutibus conspicuus, & fama sanctitatis apud superstitios celebratus.

Mors Brunonis de Warendorp Dominici.

Annus Christi 1326.

Joannis XXII. Pont. 10. Ludovici Reg. 13.

Bernardi V. Ep. Pad. 6.

Rebdorf. in
annual.
Albert.
Argent.
Italiae quis
dam rebels
les proceres
Ludovici
cum ad se
invitant.

Prosperè interea tenebatur Imperium a Ludovico Rege. Quippe etiam Friderico æmulo quiescente, pulso in exilium Rudolpho Palatino, & compresso Henrico Colonienſi Archiepiscopo, omnia ad unius Rectoris fortunam ac potentiam se convertere. Quæ postquam in Italia cognita, Galeatius Vice Comes Mediolanensis, ceterique Lombardiæ præfecti, ac Gibellinæ factionis proceres, a Cardinalibus Pontificis Legatis, ut præferebant, exagitati, invita vere Ludovicum Regem in Italiam. Quam in rem Ludovicus Spiræ comitia Principum indixit; ubi cum de itinere in Italiam instituendo sententias procerum rogasset, dissuadere plerique cum Balduino Trevirenſi Archiepiscopo, ne id citra Pontificis assensum & auctoritatem attentaret.

Quiera a
bellis West-
phalia.

Tandem & hic annus vacuus a bellis Westphaliæ obtigit, quo Engelbertus Comes Marcanus turbo popularium Romam profectus: & Henricus Colonienſis Archiepiscopus, ordinesque Ducatus Westphaliæ fœdus pepigere cum Trevirenſi urbe, simulque Archiepiscopus in gratiam rediit cum Colonienſibus. Exhaustus præterea belli impensis Ludovicus Monasterienſis Episcopus, utrumque judicium, tam quod in primaria urbis parte, quam quod trans aquas in celebri parochia habebat 286 marcis pignori dedit Burchardo Cleihorſtio, nobili ac potenti viro; ea tamen lege, ut in capitali sententia nihil ageret sine Episcopi assensu.

Ad hunc modum Bernardus quoque Episcopus duas partes caſtri Furfſtenbergensis, quod a diverſis Episcopi caſtrenſibus inſidebatur, tutelæ cauſa adverſus Haſſiam & Waldecenſem comitatum 380 marcis, quarum sin-

gulæ decem & octo solidos penderent, Joanni & Wilhelmo de Vernede militibus oppignoravit; idque ex conſenſu Capituli factum, quod ea pecuniæ ſumma in debita, quæ superiores Episcopi contraxerant, exſolvenda, quæque in utilitatem Eccleſiæ converſa ſit, uti prolixis hæc literis feſto D. Agathæ die conſignatis extant.

Aliis deinde tabulis, feſto Epiphaniæ conſectis, Bernardus Episcopus caſtrum & oppidum Calenberg Papeheimiis militibus, uti ab Ottone Episcopo feudi titulo accepſiſſe ſupra diximus, confirmat, ea lege, ut fidem & obſequium more Caſtrenſium præſtent: caſtrum haud ſecus, quam alias Episcopi munitiones defendant; pateatque ad omnem ingreſſum. Hujusmodi enim caſtrenſes milites, haud ſecus quam ceteros vaſallos, ex conſeſſis clientium beneficiis & agrorum poſſeſſionibus Episcopi ad omnem militiæ uſum expeditos habebant; caſtraque hæc more antiquorum Saxonum in editis abruptisque montibus præmuniri cepta, maxime ex quo hæc tumultuaria ac civilia bella per diſſidia regni aut Caſarum debilitatem invaluerant; unde & patrimonia Episcoporum magnopere ex his Caſtrenſium & Vaſallorum impensis attenuari neceſſe fuerit.

Et Caſtri
Calenberg
uſum Militibus de
Papeheim
confirmat.

Magnificum per id tempus Xenodochium Paderbornæ erat ante portam occidentalem ad ipſa urbis mœnia, conſulum ac civium liberalitate conditum, comprehenſumque parochia forenſis Eccleſiæ; cui Bernardus Episcopus, rogatu Conſulum ac Senatorum, proprium ſacerdotem impoſuit, abſolutum ab omni juridiſſione Archidiaconi, cum omni Parochi poteſtate in adminiſtratione ſacrorum, implorato ad id etiam Forenſis Eccleſiæ conſenſu; jus vero

Xenodochium Paderbornæ proprium ſacerdotem impoſuit.

Abbatem
& Cœno-
um Hel-
wardeshu-
ſanum ac
obſequi-
compelli-

Albert.
Argent.
Rebdorfus
in annual.
Trithem.
Blondus
Naucerus
Onuphrius
Levoldus
Ciron,
Bisem,
Ludovici
R. in Itali-
am profe-
ſſio & co-
ronatio
Mediolani.

vero nominandi ejusmodi sacerdotem, procuracionemque bonorum penes Magistratum perpetuo esse voluit. Id vero Xenodochium cum sacra æde per injurias temporum & prolata urbis pomeria ita subversum est hæresis tempore, ut ne vestigia quidem, præterquam in his Episcopi tabulis, supersint: modo propugnaculum, a Ferdinando Episcopo erectum locum ejus occupat, repertaque tum fuere rudera sacelli & domus.

Abbatem
& Cœnobium
Helmwardeshufanum
ad obsequium
compellit.

Juris præterea sacri constans assertor Bernardus, Helmwardeshufanum Abbatem aggressus; celebre illud ac Imperiale Monasterium, sed intra jurisdictionem Episcopi Paderbornensis, e quo Abbas se suosque subtrahere sæpe tentarat, Bernardus per sententiam superioris judicis, intentisque armis ad obsequium compulit, jussitque 8 Idus Martii se ad confirmationem obtinendam sistere. Par Episcopo Paderbornensi jus fuit in ipsum Abbatis adjacentis oppidum, civesque Oppidi, haud secus quam alii diocesis nostræ fidem jurabant Episcopo: quanquam armis ad id sæpe adigendi fuerint. Valuit id ad Ericum Episcopum, quo tempore Abbas & Monachi profugi e Cœnobio simul ad hæresin descivere. Erico Episcopo nostro Mona-

sterium occupante; dum postremum Abbas, ducta uxore, se in tutelam Landgravii daret, eique Monasterium venderet; quo ille fallaci titulo per vim omnia occupavit. Sed hæc temporis memoranda plenius.

Rursus hoc anno Bernardus Episcopus beneficus in Abbatem & Cœnobium Campi Mariæ, largos ei decimarum proventus donavit, quos Simon Comes Lippiensis feudi nomine ab Ecclesia Paderbornensi in Parochia Hervordienfi tenebat, cesseratque ultro Episcopo fratri. Jussus tamen Abbas centum marcas in compensationem Ecclesiæ Paderbornensi rependere; id quod ternis hoc anno literis transactum est. Sane quantum ex his aliisque innumeris antiquitarum literis mihi æstimare fas est, Carolus M. non modo per dicecesin, sed quanta etiam latitudine jurisdictionis sacra se per vicinas Hassiæ regiones, & Comitatum Lippiensem, Ravensbergensem, aliosque exporrigit, decimas Episcopo & Paderbornensi Ecclesiæ attribuit. Amplum & opulentum patrimonium, quod tamen magnam partem cessit postea nobilibus & Comitibus, aliisque potentioribus viris seu libera donatione, seu feudi titulo: cum eorum ope, atque armis Ecclesia adversus hostes suos defendenda esset.

Decimas
quasdam
in parochia
Hervordienfi
Cœnobio Mari-
ensfeldensi
donat.

Annus Christi 1327.

Joannis XXII. Pont. II. Ludovici IV Reg. 14.
Bernardi Ep. Pad. 7.

Ludovicus Rex inde, posthabitis procerum consiliis, iter in Italiam suscepit. Ac Regem affectati Comites quidam ac Dynastæ, Reinaldus Gelriæ, Wilhelmus Juliæ, Theodoricus Cliviæ, Adolphus Montium Comites; quorum auxiliis exercitus contractus, quo regiam aliquam dignitatem repræsentaret. Ceterum nec Principes, nec Episcopi ritu veteri comitati; sed eo quietior Westphalia, postquam turbida illa Comitum capita peregre abiit. Engelbertus Marcanus jam priori anno Romam profectus erat, sollicitatum pro filiis locum inter Canonicos Colonienfis & Leodienfis Ecclesiæ. Wilhelmus Hollandiæ Comes cum 800 equitum agmine se quidem obtulit in comitatum; sed ille prius Avenionem missus ad Joannem Pontificem sibi recon-

ciliandum, quem Pontifex minis anathematis intentatis redire jussit; qui proinde salutato Francorum Rege in Hollandiam relegit iter. Interim Ludovicus in Italiam progressus, adjutusque dissidentium a Pontifice procerum copiis & pecunia, Mediolani in æde D. Ambrosii una cum Margaretha conjuge a Joanne Archiepiscopo corona ferrea insignitur. Rebus per Lombardiam compositis, sub finem anni Romam invitatus processit. Pontifex, ne Ludovicus voti compos fieret, interdicto subjecit omnes urbes, quotquot Ludovicum recepturæ essent. Magna id offensione & turbatione factum, quod interdicto illo Imperiales urbes per septendecim annos afflictæ.

Cæterum hoc anno Matthias Moguntinus Archiepiscopus, vir religione & sapi-

Albert.
Argent.
Rebdorfus
in annual.
Trichem.
Blondus
Nauclerus
Onuphrius
Levidus
Chron.
Babem.
Ludovici
R. in Itali-
am profes-
sus & co-
ronatio
Mediolani.

Xenodo-
chio Pader-
born. pro-
prium sa-
cerdotem
imponit.

Synodus
provincia-
lis Mogun-
tina.

& sapientia inter omnes Germaniæ præfules spectabilis, Moguntiae provincialem synodum indixit; ad quam cum omnes suæ metropolis Episcopos invitavit, tum Bernardum Episcopum nostrum aut per se, aut Legatos interfuisse certum habeas. *Ea in synodo, quæ Episcoporum provincialium & Abbatum præsentia celebris fuit, multæ, ut inquit Trithemius, constitutiones pro utilitate Ecclesiæ sunt editæ, quæ tamen injuria temporum ad nos minus pervenere.* Ac præclare tum adhuc agebatur, cum provinciales illæ synodi, & Episcoporum congressus celebrabantur; tanto citius ac pejus descitum in pravos mores, & hæresis præludia, ex quo ejusmodi synodi ad conservandam Cleri populique disciplinam intermitti cæperunt.

Mortis
Warburgensium
genium
contra Epi-
scopum
suum paci-
fice sedatur

Magna per id tempus ex longa pace atque otio omnium rerum abundantia erat in Saxonia; eo urbes quoque, ut fit, inolescere adversus Episcopos. Quare Paderbornensium exemplo ausi & Warburgenses insurgere in Episcopum; sed ea controversia hoc anno sine armis hisce conditionibus composita. Episcopus Oppidi utriusque vetera privilegia confirmet; contra Oppidani trecentas marcas pendant Episcopo, & castrum ejus intactum relinquunt, & quæ ejusmodi erant. Id sicuti per arbitros convenit, ita tabulis pacificationis subscribere testes & fidejussores *Bernar-*

aus Præpositus Schildecentis, Herboldus de Papenbeim, Herboldus de Mide-rike, Ludovicus post milites, Conradus de Ittere, duo Proconsules Theodoricus de Duffele & Joannes de Geismar, alii-que honorati viri utriusque Oppidi Warburgensis. Datum anno Domini MCCCXXVII, feria proxima ante Purificationem B. Virginis Mariæ.

Furiosus Magdenburgenses Bur-chardum Comitem Schrapelovium Archiepiscopum suum tractavere. Propugnabat is jura Ecclesiæ suæ adversus cives. Certatum armis. Actum per arbitros. Invitatus promisso pacis in urbem Archiepiscopus, perfidia civium in tetrum carcerem dextruditur, & post paucos dies accensa civium rabie, clava in caput impacta, trucidatur. Jacuit integro anno corpus tabidum, ignorante clero, viveret ne an periisset. Tandem apertus carcer; agnitusque ex corona sacerdotali Episcopus; permissumque honorifico tumulo conegi corpus. Magnis laudibus extollit hunc Præfulem Crantzius, in quem hæc tam barbara patrata. Auctor Chronici Slavici virum nobilem, castum, sobrium, prudentem, & ex omni virtutum aspectu sanctum celebrat. Ea multis in locis erat insolentia civium populorumque furor, cum nec Regem certum, nec Casarem haberet Saxonia, cujus imperio & freno continerentur rebelles.

Chron.
Bohemia,
Crantz. l. 9.
Metrop. c. 4
Chron.
Sclava.
Magdebur-
genes Ar-
chiepisco-
pum suum
carceri
prius inclu-
sam, dein-
de truci-
dant.

Et Engel-
bertus Co-
mies Mar-
cus,

Bernardus
Ep. cum
Abbate Co-
brensi ca-
strum Blar-
ckenatum
præmunir.

Annus Christi 1328.

Joannis XXII Pont. 12. Ludovici IV. Reg. 15.

Bernardi V. Ep. Pad. 8.

Ludovicus
Romæ cor-
ronatur.
Albertus
Argent.
Rebdorf.
Villanus.
Nicolaus
Minor.
Antoninus
Trithem.
Odaric.
aliqui.

Et Ludovicus Rex jam in alterum annum hærebat in Italia; evocatusque Romam a primoribus urbis, quos auro corruperant Gibellini, ad Imperii coronam accipiendam. Ludovicus qui jam ex conflictu cum Pontifice sacra profanaque miscebat, urbem ingreditur, ac 17. Januarii passus est sibi & Margarethæ Reginae a quatuor urbis syndicis imponi coronam augustalem Imperii (quanquam alii ab uno, alii a pluribus id factum velint) quem mox exauctoratus Venetiarum Episcopus inunxit. Et Ludovicus, ut Joanni Pontifici auctoritatem abrogaret, foedum facinus addidit, Petrumque Corbariensem, Franciscanum Monachum,

Pontificem renunciavit, quem Nicolaum V. appellari voluit. Quo infano schismatis facto quantum non priscam sanguinis, & militaris gloriæ famam obscuravit? post feedere cum Roberto Siciliae Rege icto adversus Robertum Neapolitanum Regem, in Lombardiam rediit.

Et Petrus
Corbarien-
sem Pontif-
icem re-
nunciavit.

Albertus
Argent.
Rebdorfus
in annal.
Ludovici IV.
Italia in
Germania
non rediit.

Hoc conturbato rerum statu humanis eripitur, 4. Idus Septembris, Metropolitanus noster Matthias Moguntinus Archiepiscopus, vir omni honore, & posteritatis memoria dignus, ut Trithemius aliique commendant. Clerus denuo in ejus locum elegit Balduinum Trevirensis Archiepiscopum.

Mortuus
Matthias
Archiep.
Mogunt.

Id

Id munus cum ille sine Pontificis auctoritate adire nollet, Pontifex Henricum Virneburgicum Præpositum Bonnensem, Archiepiscopi Colonienfis ex fratre nepotem, præfecit; quem cum Clerus recusaret, hærente lite, Balduinus per triennium simul utrumque Archiepiscopatum ex Pontificis voluntate administravit, urbemque Moguntinam Clero rebellem egregia fortitudine perdomuit.

Sustulit & hic annus Engelbertum Marcanum Comitem, virum turbulentum, & flagellum Episcoporum. Funus 24. Julii in Monasterium Virginum Vrondenbergense ductum, ubi inquieti patris sepulchro conjunctus. Comitatum paternum adiit Adolphus filius eo nomine II. Alter filiorum Engelbertus primum Leodiensis, post Colonienfis antistes. Tertius Eberhardus, qui abjecta Clerici vita Loffensis Comitis filiam duxit. Hi illi filii, quorum causa pater Romam profectus, lauta sacerdotia impetravit. Is nimirum Germanorum Principum mos, odisse opes Episcoporum, & affligere ob id Episcopos, a quibus tamen nihil sollicitius quæritur, quam ut filii eorum admissi in clerum, laute ex patrimonio Ecclesiæ vivant, & Episcopi fiant.

bejensem Abbatem contracta diximus, castrum Blankenaum ad Visurgim, collatis in unum impensis, præmunire insistant; renovatisque superioribus partibus, castri loca, quæ non satis explicite divisa erant, inter se ad mutuam defensionem partiuntur; atque ut munitio acceleretur, permittitur Episcopo lapides & ligna ex Abbatis fundo & sylvis convehere. Quemadmodum hæc pridie S. Gregorii hujus anni conventa & in tabulas relata fuere.

Nonis deinde Maji Bernardus Episcopus delectus arbiter a Roberto Corbejenfi Abbate, & Themmone nobili viro, clienteque Abbatis. Tenebat enim Themmo judicium sive comitiam Oppidi Huxtariensis feudi titulo ab Abbate Corbejenfi, sicuti a majoribus ad ipsum devenerat; id vero iudicium cum 200 marcis redemptum esset, ultro remisit Abbati. Advocati testes fuere Hermannus Brakele, Herboldus Amelungessen, Arnoldus de Haverporte milites, Ernestus Dinkelburgius, Albertus Buschius, Matthias Otbergen, aliique quam plures famuli vasallique Abbatis. Tabulis in hunc modum subscriptum. *Nos quoque Bernardus D. G. Episcopus Ecclesiæ Paderbornensis recognovimus, quod quia mediator hujus contractus fuimus, pro majori testimonio. Et ad preces dicti Themmonis et suorum hæredum, sigillum nostrum presentibus literis auximus apponendum. Datum anno Domini Mcccxxviii, Nonis Maji.*

Deligitur arbiter ab Abbate Corbejenfi & Themmone Abbatis cliente.

Bernardus Ep. com. Abbate Corbejenfi castrum Blankenaum præmanit.

Bernardus Episcopus noster, unaque Corbejenfis Abbas, quod magna pars securitatis consisteret in præmunitis castris, & bona vicinorum amicitia, secundum ea, quæ inter Theodoricum Episcopum & Robertum Cor-

Annus Christi 1329.

Joannis XXII Pont. 13. Ludovici IV. Reg. 16.

Bernardi V. Ep. Pad. 9.

Ludovicus Cæsar (quo se titulo post coronationem Romanam ferebat) anno hoc insequente omnia ad reditum componit. Facile quidem illi fuerat, ut Albertus Argentinensis scribit, post initum cum Sicilia Rege fœdus Apuliam ingredi, ac Robertum Neapolitanum Regem dejicere; at segnis Cæsar, dum per otium in urbe resideret, nihilque in Lombardia dignum agit, sine anni iter in Germaniam reperit, celebratisque Tridenti procerum comitiis, in Bavariam accelerat, quam ut primum componeret, Palatinatum Bava-

riæ, quem Rudolphus frater tenerat, partitur inter Rudolphum & Rupertum filios; ipse Monachium, Ingolstadtum, ac cetera loca sibi asseruit, Imperiumque tum quidem bellis vacuum habuit, sed schismate afflictum, quod malum ipse auxerat Pseudopontifice creato, qui jam novos sui ordinis Cardinales & Episcopos ordinabat, Pontificatumque ceteris muniis gerebat, homo ambitiosus, qui invita & reluctante uxore Monachum Franciscanum induerat, ut sacerdotio initiaretur. Eo nunc in Italia relicto, Cæsarem comitati sunt in Germa-

Albertus Argens. Rehdorffus in annal. Ludovici R. Italii in Germaniam reditus.

Et Petrum Corbariensem Pontificem renunciat.

Moritur Marthias Archiep. Mogunt.

Germaniam Michael Cæſenas ſupremus Franciſcanorum Magiſter, Gwilhelmus Ockamius, aliiſque ejus ordinis viri a Joanne Pontifice proſcripti. Ab his Ludovicus Cæſar in ſchiſmate, ac pertinacia adverſus Joannem Pontificem confirmatus. Hoc conturbato rerum ſtatu, quo tempora Henrici &

Friderici Schiſmaticorum Cæſarum redire viſa ſunt, nulli magis perplexi, afflictique, quam Epifcopi. Qui ſi ad Pontificis voluntatem ſe accommodarent, Cæſarem; ſi ad Cæſaris, Pontificem habituri eſſent offenſum inſeſtumque.

Annus Chriſti 1330.

Joannis XXII. Pont. 14. Ludovici IV. Reg. 17.
Bernardi V. Ep. Pad. 10.

Varia Principum comitia, a Ludovico in dicta. Herwart, Spangenberg, Trirhem, Cuspinian, Odoricus. Hiſt. Boica.

Corbarius Pſeudopontifex reſipit.

Cæſar ut Principum animos ſibi in fide retineret; Spiræ, deinde Nuringæ comitia indixit, in quibus multa graviffime queſtus adverſus Joannem Pontificem. Addit Spangenbergius tertium Francofurti conventum Principum inſtitutum, in eoſque horum ſententia decretum fuiſſe, quotquot inpoſterum Cæſares Principum atque ordinum ſuffragiis legerentur, Cæſares colendos eſſe, eſſi nulla Pontificis confirmatio accederet. Cæſarem interim obligatum manere Pontifici ac Apoſtolice ſedi defendendæ; tamen hæc potius in Spirenſibus comitiis poſt ſeptennium acta reputari debeant. Multum per id tempus laborabat Balduinus Trevirenſis Archiepiſcopus, & Joannes Rex Bohemiæ in reconciliando Ludovico Cæſare cum Pontifice, qui tamen caſſis labor erat. Interim hoc anno poſt Leopoldum, & Henricum Auſtriæ Duces, exceſſit e vita Fridericus Auſtriæ Ludovici æmulus. Captus deinde Petrus Corbarius a Bonifacio Comite, ejurato Pſeudopontificatu, damnatiſque quæ ſacrilige egerat, ſcelerum condonationem ſupplex a Pontifice impetravit. Nec quievit Pontifex, a quo Ottoni Duci Auſtriæ, Friderici fratri, quinquaginta millia florenorum

oblata ſunt, ad reſumendum bellum adverſus Cæſarem; ſed Auſtrius ille quietis pacisque amans ab armis ſe continuit; nec tamen his ſchiſmatis malum deſiit.

Tandem poſt triennii certamen in judicio Pontificis Henricus Virneburgius auctoritate Pontificis Moguntinæ Eccleſiæ impoſitus, recepruſque a Clero Metropolitanus noſter nobis obigit. Cetera etiam per Germaniam Weſtphaliamque pacata erant; non tamen deſtitit Reinaldus Gelriæ Comes, reſumptis pro inquieto ingenio armis, Ludovicum Monafterienſem Epifcopum inſettare. Quippe qui ineunte anno Vredenam municipium juris Monafterienſis Epifcopi vi aggreſſus expugnavit; ac poſtquam militi omnia in ſpolium dederat, homo ferox oppidum cum arce injeſtis ignibus exuſit; quam miſerabilem cladem his veribus ſignavit poſteritas.

Annis millenis trecentenis bisque novenis

Bis junctis ſenis Vreden fuit addita pænis

Nam male damnavit Comes hanc quam Gelria pavit.

Rebus orbavit poſt ignibus annihilavit.

Pontanus l. 7. Gelria. Reinaldus Gelriæ Comes diaceſin Monafterii.

Decretum Bernardi Ep. de non admittendis ad Eccleſiam Cathedralẽ indignis Canoniciſ.

Annus Chriſti 1331.

Joannis XXII. Pont. 15. Ludovici IV. Reg. 18.
Bernardi V. Ep. Pad. 11.

Rebdorf. in Annal. Alberi. annal. Joannes Bohemiæ Rex Italos ſibi conciliat, filioſque Italia regnum quarit.

Anno dehinc provimo novus a Pontifice æmulus objectus Cæſari, Joannes Bohemiæ Rex. Is quidem annuente Cæſare in Italiam proſectus; interim occultis conſiliis atque artibus a Bohemo Italia regnum quaſitum Carolo filio, ſedecim annorum juveni, quem poſtea Germania Imperatorem ſortita eſt: Bohemus poſtquam Italiam ingreſ-

ſus, lætis populanimis Bergomi, Cremonæ, Papiæ, Vercellæ, Novariæ, Parmæ, Mutinæ, aliſque in urbibus exceptus eſt, amabileſque ejus imperium viſum lealiſ, etiam ob memoriam patris Henrici VII Regis. Quare cum Legato Pontificis congreſſus conſilia hæc apertius agitare cœpit, & filium Carolum in Italiam vocare, quem & diſce-

discedens in Italia reliquit. Quæ postquam Cæsari cognita, Bohemus in suspicionem affectati regni venit. At Bohemus per Franciam in Germaniam reversus, qua erat solertia ingenii, 12 Calend. Augusti Ratisbonæ sibi Cæsarem in privato congressu reconciliavit, persuasitque se nihil contra Rempub. egisse. Ita tum pacata omnia per Imperium mansere, neque ullus Episcoporum aut Principum in gratiam Pontificis se commovere visus tuit, sat gnari, quantas calamitates & populorum ruinas superiorum temporum schismata invexerint. Per hanc Principum cum Cæsare suo concordiam Episcopi in quietæ administratione dicecesium permanere.

Et Bernardus Episcopus noster postquam per anniversarias synodos, & dicecesis lustrationem, Ecclesiæ disciplinam formasset, ne quid in primario etiam Clero desideraretur, in concilium vocat præfules & Canonicos majoris Ecclesiæ, eorumque simul iudicio & voluntate certa utiliaque decreta VI Calend. Julii præscripsit, qui libro statutorum continentur; in quo illud perquam laudabile de coercendis a Collegio majoris Ecclesiæ, quotquot indigni, aut minus idonei centerentur. Juvat in hanc rem decretum Bernardi Episcopi & Capituli prima sui parte referre.

Nos Bernardus Dei gratia Episcopus, Wernerus Præpositus, Gotzcalcus Decanus, Fredericus Scholasticus, Conradus Cantor, Reynberus Celerarius, & totum Capitulum ac singuli Canonici de Capitulo Paderborn. statum qualitatem & conditionem Ecclesiæ nostræ ad animum, & ad memoriam reducentes inter alia negotia nobis incumbentia, quæ nos movent, & vehementer exagitant, videmus, quod ex variis causis, quæ sigillatim, & specialiter exprimi, seu designari nequeunt, multipliciter fatigamur, & quod præter alia incommoda nobis advenientia multis personis partim incognitis, partim minus idoneis, & inutilibus diversimode prægravamur. Nam plerique sicut eis placet

impetrant, procurant, & laborant, se fieri Canonicos, & se recipi in in Ecclesia nostra & per mendosa suffragia, quod sint viles, inutiles & aliquando inhabiles in auribus superiorum nostrorum se dignos, nobiles, potentes, & literatos mentiuntur, ut sit saltem sub aliqua specie laudis, & sub colore tituli conficti, præter aliqua juris amminicula. In nostris præbendis, & beneficiis, quod absque præjudicio nostro, & absque gravi dispendio Ecclesiæ nostræ fieri nequit. Excedunt etiam aliqui eorum in suis processibus fines juris, & metas rationis in tantum, quod si hæc, & his similia ad summi Pontificis cum veritatis notitia præsentium deferrentur multos ex eis potius dignos suppliciiis quam beneficiis judicaret. Ut igitur tabulis malignis conatibus prout nobis est possibile, & in quantum decet occurrere ratione prævia valeamus, matura super hoc deliberatione inter nos sæpe, & diu præhabita decrevimus, & in hoc pariter & communiter conveniendo concordavimus, quod si aliqui cujuscunque dignitatis, conditionis, aut status exstant, qui apud nos beneficiari desiderant, & scientia, moribus, ætate, natalibus vel alias ex quolibet justa causa minus idonei reperiuntur, aut si per falsos, indebitos, inordinatos, iniquos, seu abruptos processus, vel per executiones, seu per alia gravamina juris & rationis fundamento carentia, Nos Episcopum, Prælatos de Capitulo, & Capitulum Ecclesiæ Paderborn. prædictos pariter, aut divisim molestare seu impetere super præbendis, seu beneficiis nostris eis conferendis qualibet occasione præsumpserint, talibus præsumptoribus communi voto, communibus expensis, communi defensionis præsidio, per debita licita, & honesta juris & justitiæ remedia occurremus. Per hoc etiam præsens factum non intendimus ab obedientia sedis Apostolicæ recedere, vel quicquam aliud attentare. In cujus rei evidentiam sigilla nostra præsentis literæ de voluntate & consensu omnium nostrum publice sunt appensa. Actum & datum IV Calend. mensis Junii Anno Domini Millesimo trecentesimo tricesimo primo.

Decretum Bernardi Ep. de non admittendis ad Ecclesiam Cathedrali indignis Canonici.



Annus Christi 1332.

Joannis XXII. Pont. 16. Ludovici IV. Cæsaris 19.
Bernardi V. Ep. Pad. 12.

*Rebdorfius
in Annal.
Albert.
Argent.
Tribem.
Brevuar.
lib. 17.
annal. Trev.
Balduinus
Archiep.
Trevir. a
Ludovico
impetrat
confirmati-
onem privi-
legiorum
Ecclesie
sue.
Pistor. in
privileg.
Mind.*

Post hæc Ludovicus Cæsar, cum omnia studia ad publicam pacem referret, dissidentes primum inter se tres fratres ducesque Bavarie, patruces suos, componere tentavit. Id consilium cum non procederet, rem armis aggressus est; intervenienteque Rege Bohemie, in concordiam adduxit. Inde Norimbergam ad comitia Imperii profectus, quæ multorum Archiepiscoporum, ac Principum accessu mense festivo celebria fuere. In his Balduinus Trevirensis Archiepiscopus, ob egregia in Cæsarem & Rempubliam merita, amplissimum instrumentum obtinuit, quo vetera Ecclesie sue privilegia juraque regalia Ludovicus confirmat, & nova addidit.

*Et Episc.
Mindensis
potestatem
instituendi
sex liberas
judicii sedes.*

Accessit & inter Episcopos Saxonie ad hæc comitia Ludovicus Mindensis Episcopus, Ottonis Lunenburgensis Ducis filius, quem Cæsar agnatum suum appellat; ei enim Cæsar, pro necessitudine & singulari benevolentia, in hoc Principum congressu potestatem fecit instituendi sex liberas judicii sedes, quos Frigraviatus dixere, eo jure, quo illas Colonienfis, Monasterienfis, & Paderbornensis Episcopi antiquis Cæsarium ac Regum privilegiis in Westphalia habent. Nec alia hæc judicia fuere, quam quæ occulta, & venica dicuntur, ut ea quoque Ludovicus appellat; quorum origo a Carolo M. passim deducitur, & ad hæc tempora recognoscitur valuisse. Judex horum Mindensium judiciorum a Cæsare nominatus Burchardus Cruissinus, hætenus Ministerialis Ecclesie Mindensis. Diploma hujus concessi privilegii Germanico idiomate conscriptum hoc anno Mcccxxxii recitat Pistorius inter tabulas Cæsareas Ecclesie Mindensis. Quamquam id privilegium occulti judicii abrogatum postea a Carolo IV Cæsare.

*Exstruitur
Castrum
Beverung-
ganum.*

Hoc præterea anno conventum inter Bernardum Episcopum nostrum & Robertum Corbejensem Abbatem de exstruendo castro Beverungen; id quod medio loco inter Heristallum vetus & castrum Blanckenau ad Visurgim ce-

prum est in fundo dotis Ecclesie Beverunganae, cujus jus patronatus erat penes Abbatem. Operis hujus structura, cum ex consilio Episcopi & Abbatis vasallorumque Mindensium utriusque partis ad mutuam defensionem concordiamque inter Paderbornensem Ecclesiam & Corbejenfes devinciendam, tum ex assensu Præpositi, Decani, totiusque Collegii Cathedralis ac Cœnobitarum Corbejenfium facta est. De impensis ita statutum: quartam castrum & suburbii partem construet miles Hermannus de Brakele, reliquas partes Episcopus & Abbas æqualiter dividas sibi fument conficiendas; ob id alteram partem Ecclesie illius permittet Corbejenfi Abbati, alteram sibi retinebit Episcopus: alter deinde alteri jurabit castrensem pacem, fidem, catricque custodiam, in hæc leges, quas ex ipsius tabulis refero.

Nullus suam partem, alterius consensu non prius habito, vendet alii, nec locabit, oppignorabit, vel alias alienabit, & talis alienatio cum utriusque Capituli consensu fiet non aliter. 2. Nullus utriusque partis alium Principem Dominum terræ in dicto castro receptabit, ut ex eo bellum aliis aut molestiam inferat; Episcopus tamen & Abbas poterunt res suas contra quosvis ex eo iurari, & actiones suas injuriasque contra alios prosequi. 3. Sed nec Episcopus Abbatem, & si eos inter se bello collidi contingeret, nec vicissim Abbas Episcopum ex castro Beverungen invadet, sed in pace, & tranquillitate conservabitur a custodibus. 4. Non constituetur Officiarius ab Episcopo seu Abbate qui alterius partis hostis foret. 5. Vigiles, portarii, Castrenses Episcopo & Abbati simul Huldunge seu fidelitatem jurabunt, & æqualibus expensis prædicti sustentabuntur & suscipientur; quilibet tamen pro se suis castrensibus de peculio castrensi, quod Borchleben dicitur, tenebitur providere. 6. Ad ædificia & munimenta utraque pars æquales faciet expensas, & sicutque erit in vicino ligna, lapides &c. cedere sine alterius offensa. 7. Quivis tamen aream, seu areæ partem sibi ces-

*Leges in
quas conve-
nerunt Ep.
Pad. & Ab-
bas Corbe-
jenfis super
castrum Be-
vungana.*

juram

suram poterit munire, ædificiis occupare pro libitu. 8. Murus in ambitu castræ constructur intra proximum biennium, & absolvetur solius Episcopi expensis, qui & uni sibi hoc spatio biennii clavium castræ custodiam reservat; porta tamen Abbati & familiæ ejus semper patebit. Biennio isto elapso, si Abbas potestatem clavium sibi convenientem habere voluerit, idipsam intra annum primum Episcopo significabit, eidemque 100 marcas puri argenti in Oppido Brakele in præsentia Judicis & Consulium ad manus proprias successoris sui, vel Capituli numerabit, & ex tunc Abbati, & ejus Successoribus conservatio clavium dicti castræ communis erit. 9. Oppidum construendum cum omnibus juribus erit commune Paderbornensi & Corbejensi Ecclesiis. Idem intelligitur de molendinis, telonio, conductu, nauulo, aliisque quibuscunque jurisdictionibus, spiritali exclusa; nam Archidiaconus in Beverungen fuit Engelhardus Abbas Helmwardesbusanus, ut infra patebit. 10. Adjicitur etiam, quod nos Episcopus Ecclesiam Corbejensem, alias munitiones novas in fundis & areis suis propriis construendo, absque eorum consilio, & consensu de cætero non gravabimus, nec in juribus, jurisdictionibus suis, & libertatibus antiquis per sedem Apostolicam & imperium eis condonatis non arctabimus, neque violentiam seu injuriam inferemus. Simili modo Abbas & Ecclesia Corbejensis Nos, & Ecclesiam nostram vice versa non arctabunt, seu violentiam vel injuriam irrogabunt. 11. Observabuntur etiam literæ super castris & castrensibus mansionibus & munitioibus Blanckenawe & Blanckenwerode, & eorum statu inter Ecclesiam utramque constitutas mutuo observabimus. 12. Item Ministeriales, vasalli, & Burgenses Ecclesiæ Corbejensis quoad bona sua sita in illis limitibus sine onere actuali & alio quocunque impedimento in suo statu & jure remanebunt. Inquilini in Beverungen reliquias S. Viti Martyris gloriosi ad se deportatas solemniter recipient more solito & devote, Robertus Abbas superiora cum Capituli sui Corbejensis consensu ratificat, & in recompensam sumptuum in structura castræ factorum, & beneficiorum deinceps exhibendorum, donat D. Bernhar-do Episcopo & Ecclesiæ Paderbornensi, medietatem totius officii, seu villicatio-

nis suæ in Beverungen cum proprietate. Item medietatem pensionis, jurium, jurisdictionis, feudorum, reddituum, obventionum in agris cultis & non cultis, pascuis, agris, pratis, silvis, aquis, mancipiis, piscationibus, molendinis, & fructibus universis. Et ipse Episcopus vice versa donat Abbati Corbejensi & Ecclesiæ ejus LX maldrorum redditus mensuræ Wartbergensis, æque partim siliginis & hordei pro medietate pensionis, sibi ex Beverungen alias dandæ, quorum maldrorum XX accipiet Abbas ex curte in minori Nedere, quam Herbordus miles de Mederke a Domino Episcopo Bernhar-do jure Emphiteutico tenet cum aliis minoribus juribus. Item tres mansos in minori Dasborg ad villicationem Dasborg pertinentes, ab ea tamen nunc Episcopo absolutos, quibus statim Abbas infeudavit Herboldum de Papenheim militem, recipiens ab illo curiam in Ottberg, quam alias in feudo tenuit ab Abbatibus Corbejensibus. Item recipit Abbas curiam in Brakele ab Episcopo dictam Kibereshoff cum omnibus attinentiis.

Ad hæc quia castræ structura in fundo atque area Parochialis Ecclesiæ deleta, alter Parocho locus dabitur, qui eadem immunitate præditus sit. Volens autem D. Episcopus ulteriori affectu & gratitudine respicere Ecclesiam Corbejensem, tres Ecclesias Parochiales in Beverungen, Amelungessen, & in Godelem diocesis Paderbornensis ad collationem Domini Abbatis Corbejensis spectantis ex mera liberalitate, ut fratrum conventus Ecclesiæ Corbejensis indigentia aliquantulum succurratur, de consensu Capituli Paderbornensis, & nominatim venerabilis D. Engelhardi Abbatis Monasterii in Helmwardesbusen, in Beverungen, & honorabilis viri Weneri de Aseborg Ecclesiæ Paderbornensis canonici in Amelungessen, & Godelem, Archidiaconorum cum omnibus redditibus, juribus unit & incorporat Ecclesiæ Corbejensi, ita ut posthac istæ Ecclesiæ sic sint in potestate Abbatis, ut dictas Ecclesias possint Corbejenses regere per suos conventuales, & de eis disponere pro suo commodo & profectu, vel per sæculares Clericos viros idoneos vicarios perpetuos eas regere, assignata eis annua pensione. Institutione Archidiaconi, & juribus Episcopalibus, & Archidiaconalibus salvis Episcopo & Successoribus

ejus. Sub sigillo D. Episcopi. D. Abbatis. D. Engelhardi Helmuwardeshufen-
sis Abbatis. D. Weneri de Asselborg
Canonici Paderbornensis & Archidiaconi
in Amelungessen & Godelem. Actum
Borcholte in vigilia S. Catharinae 1332,
praesentibus Praepositis in Wilbadesen,
& montis martis. Item Liborio de
Walbeke Canonico Paderbornensi, God-
scalco de Papenheim militibus. Herman-
no de Dimele, Gerharo Selingtorp,
famulis mediatoribus in ordinatione
praemissa, Arnolde de Haveresforde,
Henrico de Oldorpessen, Bartoldo Se-
wein, Joanne Judaeo militibus, Joanne
de Wimbusen, Joanne de Algenbor-
ge &c. testibus fide dignis.

Haec ad jura utriusque partis, quo
posteritati etiam content, exactius re-
ferre iussus sum. Ea nimirum tum
tempora inciderant, ut mutuis castro-
rum munitionibus armisque Corbeien-
ses & Paderbornenses tueri se necesse
haberent. Laudabilisque concordia &
conspiratio; qua postmodum rupta
spretave, nobile illud & imperiale Cor-
beiense Cœnobium, quod possessioni-
bus & patrimonio sacro plerisque Epi-
scopis par erat, primum rapacitati vi-
cinorum, postremum heterodoxæ fidei
majorem partem cessit in spoliū.

Fluctuantibus hisce schismatis tem-
poribus, mors extraxit e vivorum nu-
mero Henricum Virneburgium Colo-

niensem Archiepiscopum, virum, qui
multis adversis, hostiumque armis ja-
ctatus, religione & constantia omnia
fortiter superavit. Tandem pace,
quemadmodum Ertwinus scribit, per
totam Westphaliam sancita, redditaque
itineribus securitate, asserta in libertatem
Ecclesia sua, hoc anno verifimilius ex-
cessit, quamvis Trithemius & Chroni-
ci Colonienſis scriptor ad annum 1334
rejjiciant. In ejus locum clerus prima-
rius legit Adolphum Marcanum Leo-
dienſem antistitem, virum eo tempore
auctoritate, multaque rerum experi-
entia, & belli gloria clarum. Obstitit
postulantium votis Pontifex, ac Wal-
ramum Juliae Comitem, Praepositum
Leodienſem, & Thesaurarium Colo-
nienſis Ecclesiae, virum utriusque ju-
ris peritissimum, quocum olim Ponti-
fex Bononiae literarum studia tractarat,
Colonienſem Archiepiscopum renun-
ciat. Multumque ad id contulit Wil-
helmus frater Juliae Comes, qui tum
Avenione in Pontificis aula causam Wal-
rami agebat. Clerus etſi alienus, Ponti-
ficus tamen venerationi id detulit, ac-
ceptavitque Archiepiscopum haud fe-
cus, quam Moguntini ad Pontificis vo-
luntatem receperant Henricum suum
Archiepiscopum. Et jam Pontifex,
praeter Trevirensē, duos studio suo
primarios in Imperio Archiepiscopos
impositos habebat; tanquam eorum
opera Ludovicum Caesarem dejecturus
e folio.

Mortuus
Henricus
Virnebur-
gius Archi-
ep. Colon.
Gelen.
Levold.
Crumbach.
Trithem.
Chr. Colon.

In cuius lo-
cum eligit
clerus Adol-
phum Mar-
canum Ep.
Leodienſis.
Pontifex
vero desi-
gnat Wal-
ramum Ju-
liae Comi-
tem, qui
& recipitur

Bernardus
Ep. & A-
bas Corbe-
ienſis M-
nitionem
Beverun-
genam au-
gent.

Julianus
Gogrevin-
us oppi-
goretum
redimit.

Albertus
Argent.
Joanni
Pont. des-
functo sub-
rogatur Be-
nedictus
XII. qui
Ludovi-
cum R. fru-

Annus Christi 1333.

Joannis XXII. Pont. 17. Ludovici IV. Reg. 20.

Bernardi V. Ep. Pad. 13.

Historia
Boica.
Rebderf.
in annal.
Ludovicus
sepe repul-
sam passus,
palam Pon-
tifici obſi-
tit.

At nihil motus Ludovicus, tamenſi
anno superiori frustra duos miſſet Le-
gatos, Arnoldum Eyſtadenſem Cano-
nicum & Udalricum Auguſtanum Can-
cellarium, qui suo nomine Pontifici
omnia obsequia pacisque conditiones
offerrent. Post illos Joannes Bohemiae
Rex, a Caesare rogatus, Avenionem
profectus ad placandum Pontificem;
sed nec ab illo quicquam impetratum.
Quibus exacerbatuſ Caesar Pontifici se
palam objecit, orta que est haud levis
conturbatio in Imperio. Nam ut Reb-
dorſius scribit, *Per Alemannium ma-
gnum hoc anno schisma fuit in Clero &
populo; ex provisionibus Sedis Apoſto-
licae ad Episcopatus & solennes praela-*

*turas & alia beneficia, quae idem Ludo-
vicus in odium Sedis Apoſtoſicae fortiter
impedit, multos etiam provisos a Sede,
qui ei obedire volebant, rejecit, idque
eo liberius factum, quod tota Aleman-
nia non obstantibus sedis Apoſtoſicae
processibus Ludovico pareret. Vetus
nimirum schismatis malum, quod Hen-
rico & Friderico Caesaribus exarſerat,
reſuſcitari ceepit.*

Inter haec Walramus Colonienſis
Archiepiscopus cum Balduino Trevi-
renſium Archiepiscopo, & Wilhelmo
Juliacenſi Comite, aliisque potentio-
ribus foedus iniiit, ad latrones praedo-
nesque, a quibus publicae viae & negotia-
tores

Statuta
Colen.

tores infestabantur, coercendos. Quæ cum etiam per Westphaliam imperata, tum hoc munus demandatum Bertholdo de Bueren, quem Walramus ex Paderbornensi dynasta ducatus Westphaliæ Marchallum constituerat; ipse interim Archiepiscopus postredie D. Remigii dicecesanam synodum collegit, in qua multa salubriter ad exactam disciplinam cleri ordinata sunt. Nec seniores reliqui per Westphaliam Episcopi in synodis convocandis, castigandisque cleri & populi depravatis moribus. Rursum hoc anno congressi Bernardus Episcopus noster & Robertus Abbas ad maturandam Beverungani castrî munitionem; transactumque cum Hermanno de Brakele milite de quarta castrî parte, de parte iudicii forensis in castro & oppido, de pontibus & muris perficiendis; cui transactioni festo Joannis & Pauli Martyrum interfuere testes Eggehardus Abbas Helmwardeshufanus, Hermannus Abbas Cenobii Mariæ, Theodoricus montis Martis, & Arnoldus Wilbacensis Cenobii Præpositus, Wernerus de Brakele, Jacobus de Judæis, alique adscripti milites, quorum familiæ, præter de Judæis, extinctæ sunt.

Nec minus Episcopi studium fuit in exsolvendis debitis, repetendisque Ecclesiæ bonis. Quippe qui hoc anno iudicium gograviatus in pagis Brochus, Beken, Ostvanghe, Dalen, aliisque locis Gobelino Ministeriali certa pecunia in feudum oppignorum redemit; tabulis hac super re confectis. Testes adfuere Liborius de Ulbeke Canonicus Paderbornensis Ecclesiæ, Bertholdus de Lippia Comes civitatis Paderbornensis, Joannes de Driborch, Bernardus Advocatus, Wernherus de Lippia fa-

muli, & alii quam plures fide digni. Datum anno Mcccxxxiii ipso die B. Elizabethæ.

Demum Bernardus Episcopus noster seu morbo, seu senio, aliove mortis metu præmonitus, etsi in sextum post annum superstes vixerit, convocato primario clero & testibus multis, testamentum solemnî ritu condidit, quo omnium suorum bonorum, tam eorum, quæ ex patrimonio ipsi debebantur, quam per industriam acquisierat, hæredem scripsit Paderbornensem Ecclesiam. Inter quæ ante omnia munitionem castrî Dringenberg & Vorden, agrorumque & proventuum eo spectantium, atque ante consecrationem paritorum possessionem comprehendendi voluit; ea tamen lege, ut ex his creditoribus primum satisfaceret, si quæ victurus debita contraxerit: cetera in pios usus, & egenos erogentur. Prolixæ hac super re tabulæ extant, apud nos, quarum executionem esse voluit apud D. Bernardum de Lippia Præpositum, Fridericum de Retberg Decanum, Henricum de Busche, & Liborium de Ulbeke Canonicos majoris Ecclesiæ, Henricum Bolimast, Wernerum de Brakele, Herboldum de Papenheim, Fridericum de Brencke milites. Actum Paderbornæ in Capitolio novo prope chorum Ecclesiæ nostræ pridie Idus Augusti, presentibus honorabilibus viris Liberto de Assenburg Decano Ecclesiæ Orientalis Paderbornensis, Magistro Conrado de Wittenborg Officiali Paderbornensi, Hyrico de Bolimast, Herboldo de Papenheim militibus, Wihardo de Drevere famulo aliisque quam plurimis e Capitulo & nobilitate. Datum anno Domini Mcccxxxiii.

Testamentum condit

Annus Christi 1334.

Joannis XXII. Pont. 17. Ludovici IV. Reg. 21.
Bernardi V. Ep. Pad. 14.

Aderat annus trigessimus quartus supra millesimum trecentessimum, quo Joannes Pontifex quarto Decembris nonagenario major extinctus est. Auctores sunt, qui scribunt, Ludovicum orandæ veniæ, deprecandæque culpæ causâ in Galliam profectum esse, ac bacillum manu prætententem ad pedes Pontificis supplicem sese abjecisse, nec

tamen quidquam impetrasse, quod Pontifex totus esset in potestate Regis Galliarum, qui in nullius ruinam magis, quam Ludovici Cæsaris intentus erat. Igitur in locum Joannis Pontificis Jacobus Furnius pistoris filius, patria Tholosanus, ex ordine Cisterciensium coopatus in Cardinalium numerum, ex eoque ob morum sanctitatem & præ-

stra Ecclesiæ reconciliare studet, ab armulis Ludovici impeditus.

Bernardus Ep. & Abbas Carthagenensis Munitionem Beverunganæ urgens.

Judicium Gograviatus oppis gograviatus redimit.

Albertus Argent. Joanni Pont. desuncto rogatur Beatus XII. qui Ludovicum R. frus.

Moritur Henricus Viennensis Archiepiscopus Colon. Gilem. Lebold. Crumbach. Trilem. Chr. Colon.

In cuius locum eligitur Adolphum Maccanum Ep. Leodienf. Pontifex vero designatur Walramum Juliz Comitem, qui & recipitur.

Sanctus Colon.

præclaram rerum divinarum scientiam ad Apostolicam sedem proventus, Benedictus XII appellatur. Magna ob id spes, affulgere cepit extinguendæ discordiæ, qua Joannes exagitarat Ludovicum. Nec defuit sibi Cæsar, missisque ad Benedictum Legatis, officiosissima legatione ad omnia æqua bonaque se obrulit; quo delectatus Pontifex, respondit se ramum avulsam virenti Ecclesiæ arbori denuo inferturum, simul Ludovicum nobiliorem mundi Principem compellendo. Quæ postquam Philippus Rex Franciæ, & Robertus Rex Sicilia didicere, missis duobus Cardinalibus & Episcopis ad Pontificem, minis etiam intentatis, monuere, ne Ludovicum Ecclesiæ reconciliaret. Ad quæ Pontifex, ergone imperium vultis abrogatum? non hoc, inquit, sed hunc Cæsarem nolumus, qui & nudus & imbellis est. Accessit deinde Rex Bohemiæ & Poloniæ minantes, alium se cogitare Cæsarem deligere. Quæ postquam Pontifex ad consilium Cardinalium retulisset, atque illi haud minus Ludovico obstitent, Pontifex ingemiscens ad tam potentum æmulum offensorem, Legatos Ludovici Cæsaris infecto negotio remisit, nec Ecclesiæ Cæsarem reconciliare ausus fuit. Satis hæc commonstrant, quorum pravis in Gallia consiliis atque artibus hætenus per Joannem Pontificem Ludovicus Cæsar impeditus vexatusque sit, quo minus ad quietam regni possessionem venerit.

Adeo Rex Galliarum Pontificem Avenione commorantem in potestate habuit, *tanquam qui nihil sibi denegare possit; eo etiam, Ut Argentinenfis est auctor, inaudita petere ausus, regnum videlicet Arelatense pro filio, pro se vicariam in Italia potestatem, ac decimam decimæ ex toto orbe christiano colligendam cum universo Ecclesiæ thesauro.* Ad quæ cum ipsi Cardinales territi hærent, Pontifex cum Ludovico componere mediabatur.

Interim, ut Hochsemius perhibet, plerique Germaniæ & Lombardiæ proceres urbesque cum Ludovico Cæsare fecere, in quorum numerum supra quatuordecim Germaniæ Episcopi venire, qui palam sese in Cæsaris partes dedere, quos inter Henricus Mogun-

tinus Archiepiscopus ac Metropolitanus noster facile Princeps fuit; Ceteri suspensis animis hærebant, nihil magis, quam schisma detestantes.

Walramus Coloniensis Archiepiscopus, etsi magis cum Pontifice faceret, nihil tamen adversus Cæsarem tentavit, salubriorique consilio firmam cum Coloniensi urbe concordiam instauravit, quæ multis testibus publicisque tabulis profertur ex Coloniensium monumentis.

Idem studium fuit Bernardi Episcopi nostri, cum vicinis Comitibus bonam amicitiam colere. Quapropter Bernardo Comiti Ravensbergenfi, & suo & Collegii Cathedralis nomine, literas dedit, quibus promittit se in gratiam Comitum intra decennium nulla subsidia pecuniaria a Clero Bilfeldiensi postulaturum ad recuperationem municipiorum & castrorum.

At longe gratiori beneficio Bernardus Episcopus affecit Ludgardem Hervordensem Abbatissam & Bernardum Ravensbergensem Comitem, quorum rogatu Capellam Steinhagensem a Parochia Dorenbergenfi divisit, separatamque pro Episcopi potestate fecit parochiam Steinhagensem; quod id loci commoditas & populi frequentia posceret. Id cum publicis literis, atque octo presentium sigillis consignatum sit, operæ pretium erit ad veterem Episcopi Paderbornensis per ea loca jurisdictionem, quam nunc hæresis intervertit, comprobendam; ipsas tabulas in medium proferre.

In nomine Domini Amen. Bernbardus Dei gratia Paderbornensis Ecclesiæ Episcopus salutem omnibus in perpetuum. Proponi fecerunt coram Nobis Venerabilis Domina Lugardis Abbatissa, & Capitulum secularis Ecclesiæ Hervordensis, nec non vir nobilis Bernbardus Comes de Ravensberghe. Quod Ecclesia Parochialis in Dorenberghe, & Capella sita in Steinhagen eidem Ecclesiæ subiecta, & ad eam pertinens nostræ diocesis adeo abundarent in redditibus, quod & proventus de novo deputati & assignati, quod uterque locus possit specialem Rectorem commode sustinere & sustentare, & quod due parochiales

Bernardus Ep. pacem cum vicinis Comitibus colit.

Parochiam Steinhagensem instituit.

biales Ecclesie possent constitui in ambobus locis memoratis, afferentes, quod utriusque sexus homines in prefato loco Steinbagen mansiones habentes, propter loci distantiam, & viarum discrimina tam pro Baptismate parvulorum, quam aliis Ecclesiasticis Sacramentis recipiendis, absque difficultate predictam parochialem Ecclesiam in Dorenberghe frequentare, adire, seu accedere, & officii divinatorum interesse congruo tempore non valentes, & quod Rector ejusdem Ecclesie in Dorenberghe ex causis premissis infirmos, & debiles in prefato loco Steinbagen degentes non possit opportuno tempore commode visitare, ipsique Sacramenta Ecclesiastica ministrare, Et instanter supplicantes, ut ex causis premissis, tam certis, legitimis & rationabilibus ad divisionem predictorum locorum scilicet Parochie in Dorenberghe, & ejus Capelle in Steinbagen, ut sint de cetero duae parochiales Ecclesie, & duo spirituales Rectores easdem Parochias divisim regentes, procedere, & secundum affectum, seu desiderium partium supplicantium ad finem optatum perducere, auctoritate ordinaria, sicut ad Nos de jure pertinet, curavimus. Ut autem honor debitus Matrivi Ecclesie in Dorenberghe servetur, de indemnitate eidem Ecclesie plene caveatur, ordinatum & statutum fuit tam inter Dominam L. Abbatissam, & Ecclesiam suam Hervordensem predictam ex una, & prefatum Nobilem virum Bernhardum Comitem de Ravensberghe parte ex altera coram Nobis, Quod Rector prefate Ecclesie in Steinbagen, qui pro tempore fuerit, Rectori Matrivi Ecclesie in Dorenberghe in recompensam sui damni & praedicti ex nunc in antea solvere debet quatuor marcis quatuor solidis minus denario Hervordiae & Bilveldae legalium nomine perpetuae pensionis sub deputatis terminis, videlicet quolibet festo Michaelis viginti solidos, & quolibet festo Paschae duas marcas praedictorum denariorum annis singulis affuturis. Distinctionem vero dictarum Parochiarum ordinarunt seu constituerunt in hunc modum. Quod videlicet Apex seu cacumen Montis extremi saepe dictae Ecclesie Dorenberghe ab australi parte prope domum Lindenborst adjacentis in viciniori loco censi & haberi debet in antea pro termino & limite intermedio harum duarum Parochiarum,

Ita ut omnes a cacumine Montis praedicti prope Lindenborst ad austrum inferius residentes, aut moram trabentes, vel de novo habitationes, domos, aut casas ibidem facientes amplius tanquam veri Parochiani ad praedictam Ecclesiam Steinbagen pertineant temporibus perpetuo duraturis. Et quod praefatus Bernhardus Comes de Ravensberghe praedictam Ecclesiam in Steinbagen dotavit cum quibusdam certis bonis, de quibus inferius in praesentibus literis fit mentio, ordinatum fuit, inter partes praedictas, quod jus Patronatus, praesentatio, provisio, seu collatio hujus novellae Parochialis Ecclesie in Steinbagen apud Dominam Abbatissam praefatae Ecclesie Hervordensis, quae pro tempore fuerit, alternis vicibus, alternatim vero apud Comitem de Ravensberghe pro tempore existentem ratione dotationis debeat perpetuo permanere. Eo tamen salvo, quod praefata Domina Abbatissa praedictam Ecclesiam in Steinbagen pro sua voluntate pacifice conferat, & quod sic deinceps, & consequenter de praesentatione, provisione seu collatione praedictae novellae parochialis Ecclesie in Steinbagen, dum eam vacare contingit, inter Abbatissam Ecclesie Hervordensis & Comitem de Ravensberghe pro tempore perpetuis temporibus observetur. Adjectum etiam fuit quod nulla partium praedictarum, videlicet nec Comes de Ravensberghe, nec Abbatissa Hervordensis de praesentatione, provisione, seu collatione ipsius Ecclesie in Steinbagen alternata vice ad alium spectante debeat se intronittere, nec alterum quoque impedire. Ceterum praefatus Bernhardus Comes de Ravensberghe pro remedio animae suae & animarum progenitorum suorum de expresso consensu omnium haeredum suorum praefatae Ecclesie in Steinbagen mansum unum situm in Parochia Wertere vocatum Brandesgut in dotem cum proprietate & omnibus suis pertinentiis & juribus universis assignavit, donavit & dimisit, quiete, libere & pacifice jure haereditario perpetuo possidendum, Item Suederus de Buscho miles pro remedio animae suae duos mansos in Borde sitos quos titulo pignoris seu obligationis pro quinquaginta marcis denariorum Hervordiae usualium de Comitatu Ravensberghe haecenus tenuerat, de pleno consensu praedicti Bernardi Comitis de Ravensberghe & haeredum suo-

Bernardus
Ep. pacem
cum vicinis
& Comitibus
colit.

Parochiam
Steinbagenem
instituit.

rum eidem Ecclesie in Steinbagen assignavit & donavit nomine perpetue dotis cum omni jure, quod ibidem Suedero & suis heredibus in eisdem mansis competeat, pensione tamen prefate Ecclesie Hervordensis de prefatis mansis dari consueta hinc excepta. Prefatus etiam Bernhardus Comes pure & plane renunciavit omni juri, quod sibi & suis heredibus in dictis duobus mansis competeat, seu competere posset in futurum, annectendo & applicando predictos duos mansos in Borde cum Advocatia & omnibus suis juribus tanquam dotem perpetuam Ecclesie in Steinbagen suprascripte. Insuper prefata Domina L. Abbatisa Ecclesie Hervordensis de pleno consensu Capituli sui proprietatem dictorum duorum mansorum in Borde sitorum ab ipsa in feudo descendit eidem Ecclesie in Steinbagen dedit & assignavit perpetuis temporibus possidendam, salvis tamen suis & Ecclesie pensionibus inde de jure debitis & dari consuetis, quae in libris suis pensionariis continentur. Fuit etiam conductum inter cetera, quod Rector Parochialis Ecclesie in Steinbagen pro tempore existens synodos Episcopales in Paderburn observandas consuetis temporibus debeat visitare, & synodos Archidiaconales cum Rectore Matricis Ecclesie in Dorenberghe in loco consueto videlicet in Schilde-sche observare, prout in observandis synodis Archidiaconalibus fieri est consuetum. Nos igitur Bernhardus Episcopus predictus supplicationibus humilibus & rationabilibus atque necessariis descenditibus annuere cupientes, de consensu Archidiaconalis loci, Johannis Rectoris Ecclesie in Dorenberghe, Dominae L. Abbatisae secularis Ecclesie Hervordensis Patronae ejusdem Ecclesie in Dorenberghe, atque sui Capituli prefata loca in Dorenberghe & in Steinbagen ab invicem in nomine Domini in his scriptis dividimus & segregamus, statuantes, ut sint de cetero duae Parochiae inter se divisae & distinctae, & duo Presbyteri easdem Parochias regentes, qui in singulis locis & Parochiis divisim speciales sepulturas habeant, & administrationi omnium Sacramentorum, prout in aliis

Parochiis nostrae Diocesis generaliter fieri est consuetum, jure nostro & loci Archidiaconi excepto, & in omnibus semper salvo, & quod inter saepe dictas partes supra conscriptas cetera praemissa omnia, & singula provide & rite factum est, approbamus, auctorisamus, & confirmamus, & praesentis scripti nostri testimonio communitimus, Et ad perpetuam rei memoriam sigillum nostrum majus dependens ad preces partium predictarum una cum sigillis Archidiaconi loci praesens factum approbantis, nec non venerabilium personarum Dominae Lutgardis Abbatisae, & Capituli Ecclesie Hervordensis, & Bernardi Comitis de Ravensberghe, Johannis Rectoris Ecclesie in Dorenberghe, ac Suederi de Buscho militis praedictorum praesentibus est appensum. Et Nos Archidiaconalis sedis Lemego pro testimonio nostri consensus ad praemissa requisiti atque adhibiti sigillum nostrum apponimus huic scripto. Nos vero Lutgardis Dei gratia Abbatisa, nec non Praeposita, Decana, totumque Capitulum secularis Ecclesie Hervordensis Praenotatae in testimonium nostri consensus circa omnia & singula praemissa adhibiti sigilla nostra duximus praesentibus apponenda. Et Nos Bernhardus Comes de Ravensberghe sepedictus recognoscimus omnia & singula conscripta superius esse vera, & pro testimonio ipsorum praesentem literam appositione sigilli nostri fecimus roborari, Et Ego Johannes Rector Ecclesie in Dorenberghe praemissis omnibus consentiens etiam pro testimonio sigillum meum apposui huic scripto, Ego vero Suederus de Buscho miles praefatus praesentibus recognosco, quod praedictos duos mansos in Borde sitos cum omni suo jure, quod mihi & meis heredibus competeat in eisdem, prefata Ecclesie in Steinbagen perpetuo dimisi & donavi, sicut superius est conscriptum, & in hujus donationis testimonium praesentem literam duxi sigilli mei nomine roborandum. Datum in crastino beati Joannis Baptista, Anno Domini MCCCXXX quarto.

(LS.) (LS.) (LS.) (LS.)
(LS.) (LS.) (LS.)



ANNUS

fford. I.
i. 4.
Hedius,
Paderborn.
Aber.
Aber.
Ludovicus
Regem
gerie, Do
hanie &
Poloniae
bello vint
cu.

Lit. Colm.

Indovient.
R. Pontifi
ci reconci
liari studet.
Hervordens.
Spendans.
Hisor. Boie
Olorie. in
Hisor. Eccl.

Annus Christi 1335.

Benedicti XII. Pont. 1. Ludovici IV. Reg. 22.

Bernardi V. Ep. Pad. 15.

Eschard. 1.
 4.
 Emilius.
 pilanus.
 peronius.
 Albert.
 Argens.
 Ludovicus
 Reges Han-
 garia, Bo-
 hemia &
 Polonia
 bello vin-
 cit.

Altero abhinc anno funestissimum bellum exarfit inter Philippum Franciæ atque Eduardum Angliæ Reges, quod exinde in centesimum annum ingentibus regni Franciæ cladibus extractum est; tanquam vindex Deus Galliam premeret, quæ hæctenus schisma Imperii tantis calamitatibus incenderat, alueratque. Causa belli, quod Philippo pulchro sine prole mascula extincto, Eduardus III. Philippi pulchri filia genitus, regnum Franciæ sibi vendicaret, quod Philippus Valesius Caroli Valesii frater occuparat. Incensorque belli accessit Robertus Arrebatum Comes, ob injuriam a Philippo Rege sibi irrogatam. At Cæsar per hæc felicibus armis progressus, primum Carolum Hungariæ Regem irrumpentem in Austriam rejecit; nec multo post Bohemiæ & Poloniæ Reges, quibus se junxerat Henricus Bavariæ Dux, fama exercitus adventantis in fugam depulit. Quibus e Germania renunciatis, misit Pontifex Cardinales suos, qui Cæsarem debilitatum & inermem hæctenus sibi persuadere contenderant.

Li. Colon.

Sub id tempus cum insolentia Comitum turbaret Westphaliam, Walramus Colonienfis, Balduinus Trevirensis, Ludovicus Monasteriensis, & Bernardus Paderbornensis Episcopus defensionis fœdus iniierant. Quare cum hoc anno in solemnibus ordinum conventu Bertholdum de Bueren, opulentum nostræ dicecesis Dynastam, Westphaliæ

Marschallum præfeciisset Walramus, id cum primis illi in mandatis dedit, ne quid contra fœderatos sibi Episcopos tentaret; ac cum ab eodem Marschallo 3276 florenorum pecuniæ summam mutuo accepisset, oppidum illi Volckmariente, castrumque & districtum Kogelenberg, arcemque Hovestad pignori opposuit. Tandem & hoc anno Godefridus Arnsbergensis Comes, quod Marcani bello Ludovicum Monasteriensis Episcopum captivum abduxisset, a Benedicto Pontifice anathematis vinculo solutus est.

Bertholdus
 de Bueren
 Westphalia
 Marschallus a
 confœderatis
 Episcopis
 præfatus
 tur.

Amplas hæctenus decimas feudi nomine possidebant in Amerungorum districtu ab Ecclesia Paderbornensi nobiles viri de Bueren, de Brakele, & Aulseburg; ad quas cum Canonici Collegii Bustorfiani certa pecuniæ summa emendas se offerrent, haud invitus permisit Bernardus Episcopus; vel ea ratione adductus (quod in tabulis profiteretur) ut e Laicorum manibus redemptæ, ad Clerum & patrimonium Ecclesiæ redirent, cui antiquitus a Carolo M. datas agnoscebat Episcopus. Tabulæ hac super re adsunt, festo Georgii Martyris ex consensu Præpositi, Decani, aliorumque Canonorum Anno Mcccxxxv confecta. Hanc ipsam decimarum emptionem anno proximo confirmat Episcopus, nominatimque repetit id eo consilio permitti, ut e manibus Laicorum extrahantur ad Ecclesiasticos homines.

Decimæ
 Amerungo-
 rum ad Ca-
 nonicos Bu-
 storfianos
 cum con-
 sensu Ber-
 nardi Ep.
 transeunt.

Annus Christi 1336.

Benedicti XII. Pont. 2. Ludovici IV. Reg. 23.

Bernardi V. Ep. Pad. 16.

Ludovicus
 R. Pontifis
 cū reconci-
 liari studet.
 Hervorius.
 Spondanus.
 Hiflor. Boic
 Odric. in
 Hiflor. Eccl.

Nihil interea non movit egitque Ludovicus Cæsar, quo se cum Pontifice reconciliaret; opportunitateque ex bello inter Franciæ & Angliæ Reges inardescente arrepta, mittit Rupertum Palatinum Ducem, & Wilhelmum Juliarum Comitem Legatos Avenionem ad Benedictum Pontificem, quibus in mandatis dedit, ad omnia suo se nomine offerrent Pontifici, quæ a Cæsare, delictorum poenitente, & veniam depre-

cante requiri possent. Pontifex etsi pronus esset, nihilque etiam a Magalonenfi Episcopo, quem ad explorandos Cæsaris mores in Germaniam miserat, censoria nota dignum accepisset, Regum tamen metu, quorum Legati nondum adessent, quo minus in gratiam reciperet, se probiberi Ludovici Legatis respondit. Non desunt auctores, qui hunc durum & iniquum agendi modum magnopere detestentur in Phi-

C c

Phi-

Philippo Francorum Rege; tanquam cardo Imperii versaretur in Gallorum arbitrio, ad quos se Cæsar & Imperii Principes cum Pontifice obverterent.

Archiepiscopus Col. Cleri ceterorumque corruptos mores corrigit.

Cæsar deinde ob præclara merita susceptamque legationis operam Wilhelmum Juliacensem Comitem Imperii Marchionem renunciavit, multisque Principum privilegiis exornavit, id quod producto Ludovici Cæsaris diplomate afferunt Mutius & Gelenius.

Idem Bernardo Ep. Pad. Castrum Kruckenberg &c. oppignorat.

At Walramus Juliae Comes Coloniensis Archiepiscopus hoc anno 2. Octobris synodum convocavit, in qua depravati Clericorum, & vagantium Sanctimonialium, aliorumque religionum mores emendati. Idemque Archiepiscopus (quocum Bernardo Episcopo nostro intima animorum publicorumque ex foedere operum conjunctio fuit) mediam partem oppidi Helmwardeshufani, castrique Kruckenberg, acceptis 1400 marcis Sufatenfis moneatæ, oppignoravit; quod non sine consilio & assensu Engelberti Abbatis factum esse docebunt nos acta posterioris anni. Castrum id Kruckenberg in edito assitoque Monasterii Helmwardeshufani & oppidi monte constructum erat; media pars jam superiori sæculo, anno videlicet 1220, ab Abbate ejus temporis Engelberto Coloniensi Archiepiscopo mutuae defensionis tutelæque causa in potestatem data erat. Quemadmodum nos supra ad eum annum ex publicis Engelberti Archiepiscopi tabulis docuimus.

Bernardus Ep. castrum Hindenburg diversis Nobilibus insidentium & reparandum tradit.

Contra Bernardus Episcopus noster hoc ipso anno castrum Hindenburg, quod ab Hunnis celebre voluit, objacetque ex vicino monte civitati Brakelesni pro certa pecuniæ summa diversis nobilibus viris pignori opposuit. Id quia vetustatis malo in ipsas prope ruinas confederat, divisit in tres partes insidentias, ac reparandas; quarum prima Ludovico militi, Ottoni & Reyhero fratribus de Wolde, altera Wernero de Brakele militi, tertia Wilhelmo de Aseborg famulo seu Ministeriali attributa. Id vero quibus præterea conditionibus conventum sit, docebunt hæc tabulæ, quas ad jura Episcoporum nostrorum in castrum illud comprobanda hic recitare intererit.

Nos Bernhardus Dei gratia Paderbornensis Ecclesie Episcopus recognoscimus, & presentibus publice profitemur, quod attendentes castrum nostrum & Ecclesie nostrae Hindenburg, cujus ædificia per incendium inopinatum & infortunium consummata sunt, & muri ejus pro magna parte diruti, ruinam partis reliquæ assidue comminantur, de quo provenire grave dispendium Nobis & Ecclesie nostrae verisimiliter formidamus, non posse, nisi reparetur & reaedificetur, commode, & utiliter conservari. Quocirca, ut prædictis obvietur dispendiis, cum honestis viris Ludovico milite, Ottoni & Reyhero famulis fratribus Dominis de Wolde condiximus, & concordavimus in hunc modum. Quod iidem fratres de Wolde septuaginta duas marcas argenti puri exponere debent, in usus structuræ dicti castri totaliter convertendas, ad quod nos personam idoneam deputabimus, qui de voluntate & notitia nostra disponet de præmissis, cui ipsi de pecunia pro tempore absque impedimento & mora dispendio respondebunt, & talis a nobis deputatus nobis & Ecclesie nostrae facere de receptis & dispositis tenebitur rationem. Pro quibus septuaginta duabus marcis puri argenti de bona voluntate, pleno & expresso consensu honorabilium virorum Præpositi, Decani, & Capituli Ecclesie nostrae prædictæ titulo pignoris obligavimus & obligamus per præsentem eisdem & eorum hæredibus, veris tertiam partem castri Hindenborech prædicti cum tertia parte jurium, pertinentiarum, & reddituum tam in agris cultis & incultis, novalibus, pratis, pascuis, silvis, alias per nos cum dicto castro emptionis titulo comparatorum, præter judicium altam, quod inde excipimus & nobis & nostris Successoribus reservamus. Item obligamus eosdem ad hoc tertiam partem reddituum & servitorum nostrorum in loco dicto Upperbreden prope Brakele, præter judicium. Item de dimidio manso in campo Brakele sito, & de parte nostra & Ecclesie Paderborn. in Advocatia Modekessen & Heygenkufen per prædecessores nostros cum oppido Brakele alias emptionis titulo comparatis tertiam partem. Item de parte nostra in Appenbroch similiter tertiam partem habendam, & pacifice possidendam tam diu, donec per nos, aut Successores nostros, dicta pars castri, honorum & reddituum

pro

pro summa septuaginta duarum marcarum argenti prædicta redimatur ab eisdem, quam redemptionem nos & Successores nostri omni tempore facere poterimus, dum Nobis aut ipsis id visum fuerit expedire, & ex tunc redemptione taliter facta eadem tertia pars castri cum tertia parte reddituum prædictorum ad Nos, nostros Successores & Ecclesiam Paderbornensem libera redibit, & debet nobis per dictos Fratres de Wolde restitui, & resignari absque contradictione, vel cujuslibet impedimenti obstaculo indubitate. Prædicti tamen fratres de Wolde, & eorum hæredes mansionem in suburbio dicti castri cum area sua & angulo australi, quam ipsis pro habitatione, & peculio castrensi hæreditario deputamus, quamdiu ibidem residentiam fecerint, more Castrensiarum nostræ Ecclesiæ retinebunt; & si in agris ad munitionem ipsis, ut prædictum obligatis tempore redemptionis per nos aut Successores nostros faciendæ semina seu bladum habere contingeret ea pro commodo suo colligere, & deducere illa vice poterunt, & suis usibus applicare. Præterea dicti fratres de Wolde non debent illam partem, munitionis alicui alteri obligare, exponere, locare, seu quovis modo alio ab Ecclesia nostra alienare, prout ad id se fide data, & juramenti suis corporaliter præstitis obligarunt, sed durante obligatione præmissa debent fideliter conservare, & pro fidei ipsius munitionis custodia sub obtentu honoris sui omnem diligentiam, quam poterunt adhibere. Additur tamen, quod si in alio loco vicino munitionem exstruere nos contingeret, in qua Dominis de Wolde mansio magis competierit ad talem munitionem, ipsos admittimus, & more fidelium Castrensiarum ibidem receptabimus moraturos, & ex tunc etiam præmissam pecuniam ipsis nos, aut Successores nostri restitui faciemus. Præterea alias duas partes castri & reddituum Wernero de Brakle militi, nec non Wilhelmo de Assenborch famulo divisim obligavimus sub modis & formis, prout in literis suis per Nos ipsis desuper specialiter traditis continetur, quibus dicti fratres de Wolde firmam custodiam castri, quæ vulgariter eyn Keych Borchede, unde eyn Reyh Borchwede dicuntur, facere tenebuntur, & dicti fratres eandem custodiam castri ab eis recipient, vice versa durante eadem

obligatione inviolabiliter observaturam. Redemptione vero alicujus partis castri ab altera partium prædictarum per Nos vel Successores nostros facta, residuis vero retinentibus partes suas in dicto castro similem castri custodiam ex parte Ecclesiæ nostræ, aut Successorum nostrorum tenebimur innovare. Præterea guerras nullas & insolentias de eodem castro movebunt, nec ad guerras seu insolentias de eodem castro exercendas extraneum quenquam receptabunt, seu forebunt ibidem. Præterea munitione ipsa debet Nobis, Successoribus nostris, & eorum Officiatis ac familiæ patere, & aperta esse in omnibus nostris necessitatibus, commodis, & utilitatibus, pro ut aliæ munitiones nostræ Ecclesiæ libere & solute, etsi expediret nobis aut Successoribus nostris de eadem munitione guerras exercere, ex tunc ipsi castro de periculis cavebimus ipsum cum amicis nostris, & armatis prout optimum fuerit muniendo, In cujus rei testimonium nostrum, & dicti Capituli nostri sigilla nostra præsentibus literis sunt appensa. Et nos Præpositus, Decanus & Capitulum Ecclesiæ Paderborn. prædictæ in signum nostræ voluntatis, & consensus intervenientis circa præmissa omnia, & in evidens testimonium omnium præmissorum sigillum nostrum duximus præsentibus literis apponendum. Datum anno Domini 1336 intra octavam Pentecostes.

(L.S.)

(L.S.)

At multo nobiliori opere Bernardus Episcopus novum Episcopi palatium in ipsa urbe ex consilio Cathedralis Collegii atque ordinum molitus; tum quod insalubri & incommodo loco hætenus habitatum in urbe a primis Episcopis, tum quod vetus Episcopi palatium per absentiam sequentium Episcoporum collapsum, quibus extra urbem habitare magis placere cœpit. Igitur in hanc rem delegit novi palatii locum commodum & amœnum, ad ipsos Paderæ fontes pertinentem, infra Basilicam versus Austrum inter duos angiportus, quorum alter ab æde D. Bartholomæi, alter ex descensu fori ad Paderam procurrit, accurate descripsit. Verum hoc opus, seu morte, seu aliis ex causis, non videtur processisse; nulla enim ejus palatii vestigia. Interim tabulas tenemus, operose confectas, &

Bernardus
Ep. locum
designat
ædificandi
in urbe
Episcopalis
palatii.

subscriptas a Præposito, Decano, & Canonicis majoris Ecclesiæ. Actum Paderbornæ presentibus honorabilibus viris Bertholdo Abbate, Bertholdo Priore Monasterii S. Pauli, Ecberto de Asselborg Decano, Joanne de Sclingdorf Scholastico & Magistro, Matthia de Bueren Thesaurario, Canonicis Ecclesiæ SS. Petri & Andreæ, Joanne Præposito Sanctimonialium S. Udalrici, Anielungo de Driborg Plebano forensis Ecclesiæ,

Ottone Comite de Ritberg, Bertholdo utroque de Bueren nobilibus, Henrico Bolemaft, Ravennone de Driborg, Luberto de Westfalen, Ludovico Post, Friderico de Brencken militibus, Wilhelmo & Joanne de Vernede, Ministerialibus & Castrensibus Ecclesiæ nostræ, Joanne Erenfredi & Alberto de Scerve Proconsulibus, cæterisque Consulibus Civitatis Paderbornensis. Datum Anno MCCCXXXVI Calend. Maji.

Annus Christi 1337.

Benedicti XII. Pont. 3. Ludovici IV. Reg. 24.

Bernardi V. Ep. Pad. 17.

*Odoricus in
histor.
Eccles. ad
hunc an-
num.
Hervordus.
ad hunc an-
num.
Nauclerus
ad hunc an-
num.
Hocsemius.
Becanus in
chron.
Ultrasyl.
Ludovicus
suam cum
Ecclesia re-
conciliatio-
nem impe-
dienti Gal-
liæ Regi
bellum pa-
rat.*

Laborabat per hæc in sequentem annum Pontifex, ut Philippum Francorum Regem conciliaret cum Cæsare, id quod egregia Pontificis Epistola ad Regem scripta docet. Quam in rem multas gravesque causas adducit Pontifex, interque alias, ne perspicaces & subtiles Theutonici Regis pertinacia provocati sese Eduardo Anglorum Regi arctius jungant adversus Franciæ regnum. At Franciæ Rex, uti Hertwardus scribit, cum se amicum Cæsaris, & absolutionis Cæsareæ cupidum simularet: missis etiam in hanc rem oratoribus ad Cæsarem, quod Nauclerus memorat; nihilo tamen minus apud Pontificem clam summis viribus contendebat, ne Cæsar vinculis Ecclesiasticis solveretur. Quibus offensus Cæsar, Legatos suos revocat; scriptisque sub initium Augusti ad Episcopum Leodiensem, Gallicæ nationis studiosum, ad Hollandiæ Comitem, ad proceres urbesque Brabantæ, ad inferioris Germaniæ Comites & Dynastas literis, omnes ad bellum Franco inferendum impellit. Hi deinde anno proximo consilia atque arma cum Eduardo Angliæ Rege conjungere.

*Bernardus
Episc. Sa-
cellum SS.
Sacramenti
in oppido
Bürano
erigendum
statuit.*

Eo nunc demum Westphalia nostra, hæcenus intestinis bellis lacerata, quietior, quo longius arma avocata fuere in Belgium; eo quoque liberius Episcopi Westphaliæ rerum sacrarum procuratori institere. Quos inter Bernardus Episcopus noster hoc anno in oppido Buren ædem sacram, rogatu Alberonis armigeri, construendam sumpfit, eo loco, ubi sacrilegi Judæi hostiam sacram, vel e sacrario, vel aliunde raptam defoderant in terram;

hunc locum, quia Deus in eum usque diem multis miraculis illustrem fecerat, Episcopus, insigni simul religionis studio Armigeri consilium comprobavit. Atque is cum ad omnes impensas, atque annuam Sacerdotis alimoniam se offerret, opus sacrum hisce publicis, dignisque ad posteritatem tabulis maturandum præscripsit.

Bernardus Dei gratia Paderbornensis Ecclesiæ Episcopus, Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris hoc præsens scriptum visuris & audituris salutem & sinceram in Domino caritatem. Officii nostri debitum exigit, ut ad ea aciem nostræ considerationis extendere debeamus, quæ cultum divinum augmentant, & salutem parvunt animarum. Sane dilectus nobis in Christo vir discretus Albero dictus Klot armiger pro accessus desiderio, preciosissimi corporis Domini Jesu Sacramenti devotione affectus, Capellam in Oppido Buren nostræ diocesis fundatam in loco, ubi olim ipsum venerabile Sacramentum a judæis obstinata perfidia excæcatis luculemter abstractum & irreverenter absconditum innumeris coruscare miraculis non ambigitur, quæ usque ad hæc tempora dotata non existit, ob reverentiam tanti Sacramenti, & pro ipsius parentumque suorum animarum salute dotata disposuit, & spondit redditibus annuis & certis pro sustentatione unius Sacerdotis competentibus, videlicet quatuor moltorum annonæ triplicis æqui partim siliginis, ordei, & avenæ, mensuræ in Buren usualis, & octo vernalibus agrorum in campis ibidem, cupiens ut Capella eadem distinctum sit beneficium ab Ecclesia parrochiali, seu matrice

trice in Buren separatam, uni Sacerdoti idoneo, qui actu Sacerdos existat, nunc & in posterum, quoties ipsam vacare continget, per Abbatisam Monasterii Sanctimonialium in Holtbusen prope Buren ordinis Cisterciensis de conventus sui consilio conferendum, qui sacerdos per Abbatisam plebano parochialis Ecclesie presentari, & sine difficultate per ipsum plebanum Capellam induci, seu institui debeat ad eandem. Nos ipsius Alberonis dicti Klot devoto desiderio grato concurrentes assensu, communicato consilio nihilominus, consensu, & approbatione virorum nobilium Bertoldi Domini, & Bertoldi Domicelli Dominorum temporalium in Buren, & heredum eorundem, nec non religiosarum personarum Abbatisae, & conventus Monasterii predicti patronorum, & viri discreti Godfridi plebani parochialis Ecclesie ibidem, nec non Archidiaconi loci, & omnium, quorum consensus ad id fuit merito requirendus, praemissa omnia & singula ratificamus, & auctoritate ordinaria presentibus approbamus. Et ne plebanum parochialis Ecclesie occasione praemissorum in suis juribus, emolumentis, fructibus, & obventionibus dispendium contingat in posterum sustinere, inter ipsum plebanum parochialis Ecclesie ex una, & Rectorem Capellae ex altera parte, & eorum hinc inde Successores ordinatum exitit de consensu Alberonis fundatoris & dotatoris, patronorum, Archidiaconi, Dominorum temporalium praemissorum, & omnium, quorum interest, & finaliter concordatum, videlicet quod Rector Capellae sic institutus ipsam regere & officiare debeat in divino officio nocturno pariter & diurno sine sollemnitate cantus per notam & absque praedicationibus & sermonibus ad populum, quos nullo tempore per se vel per alium seu alios religiosos vel saeculares Clericos aut personas, praeterquam in dedicatione ipsius Altaris facere poterit, nec debeat, nisi de plebani parochialis Ecclesie licentia petita pariter & obtenta. Praeterea natalis Domini, Epiphania, Pascha, Pentecostes, & singulis beatae & gloriose Virginis Mariae & Apostolorum festivitatis, nec non omnium Sanctorum, & omnium animarum commemorationibus, in dedicationibus Ecclesie matricis, & altarium ibidem, & generaliter in omnibus & singulis

festis & diebus, in quibus populus illius parochiae offerre haecenus consuevit de consuetudine vel de jure, & in exequiis funerum Rector Capellae predictae missam celebrare non debeat, nisi in Ecclesia parochiali ad summam sive ultimam missam sit facta elevatio Sacramenti. Praeterea nec in iisdem exequiis funerum, nec infra octavas commemorationis eorundem, vel dum tricesimus, vel anniversarius dies eorum agitur, oblationes nullas, vel votivas aliquas pro defunctorum memoria quocumque tempore recipiet idem Rector publice vel occulte; si quas tamen sibi presentari sive exhiberi continget, illos tollet, & plebano sine diminutione fideliter presentabit. Addicitur tamen, quod Rector dictae Capellae medietatem oblationum, quas sibi ad altare temporibus licitis, & hic non exceptis deferri a fidelibus continget, licite poterit suis usibus applicare. Aliam medietatem tenebitur plebano parochiali fideliter presentare. Condictum est etiam, quod si alias, praeterquam in casibus, ut praemittitur exceptis, Rectori Capellae praefatae a fidelibus aliqua largiuntur, donantur, seu assignantur, haec licite recipere poterit, & habere. Praeterea idem Rector hospitale pauperum & debiliu circa eandem Capellam ad alicujus nutum vel instinctum construi, in quantum in eo est, seu fieri non permittet, nec plures Sacerdotes in eadem Capella beneficiandi, quam Rector praefatus aliquatenus, admittentur, etiamsi plura altaria ibidem erigi, seu fundari, contingeret in futurum. Caterum Rector Capellae praefatae pro tempore existens nullam partem contra plebanum parochialis Ecclesie forebit, si forte, quod absit, plebanum eundem cum religiosis, Clericis, aut Laycis quibuscumque habere continget causam, dissensionem, vel in posterum quomodolibet questionem. Insuper est adjectum, quod si successu temporis populus ad eandem Capellam pro reverentia Sacramenti, vel alias devotionis causa, consueret, & in tali concursu oblationes ad eandem Capellam deferrentur, seu aliqui devoti homines pro impetranda venia cum esculentis seu poculentis, leguminibus vel rebus aliis se ibidem facerent trutinari, de talibus idem Rector se nullatenus intromittet, vel exinde nullam debeat petere, exigere, vel recipere portionem, prout ad haec omnia & singula

singula præmissa sub obtestatione fidei, honoris, & conscientie, & promisso in prima sui institutione per plebanum facienda, eidem plebano se tenebitur, fideliter & firmiter obligare. Et ut indemitati plebani parochialis Ecclesie plenius caveatur, Albero dictus Klot dotor Capelle prædictus, si forte ex præmissis, vel aliquo eorum damnus, dispendium, seu tedium, idem plebanus aliquo modo pateretur, pro restauro & recompensatione talium comparavit eidem plebano & suis successoribus redditus duorum moltium annonæ triplicis æqui partem, videlicet octo modios sili-ginis, octo ordei, & octo avenæ, mensuræ in Buren legalis & usualis, & octo surnalia agrorum in campis ibidem jure proprietatis & possessionis apud Ecclesiam parochialem & plebanos ibidem perpetuo, & pacifice permansuros. In quorum omnium evidens testimonium Noster, Lutgardis Abbatis, Bertoldi Domini, & Bertoldi Domicelli Dominorum temporalium in Buren, & Godfridi plebani ibidem sigilla præsentibus literis sunt appensa. Et nos Dei gratia Lutgardis Abbatis pro nobis & conventu nostro, nec non viri nobiles Bertoldus & Bertolâus Domini temporales in Buren pro nobis & hæredibus nostris, & Godfridus plebanus in signum nostræ voluntatis, ratificationis, approbationis circa præfatam divisionem, ordinationem, & circa omnia & singula præmissa sigilla nostra ad perpetuam rei memoriam duximus præsentibus literis apponenda. Datum Anno Domini Millesimo XXX septimo. Calend. mensis Septembris XIII.

Atque hæc dum Episcopus laudabili pietatis opere tractat, injecta est illi haud levis molestia a Monachis Helmwardeshufanis; quorum insolentes qui-

dam, infcio Engelberto Abbate suo, arcem Kruckenberg, & Helmwardeshufanum oppidum, inita cum Moguntinis præfectis, & Geismariensis Oppidi in Hassia civibus pactione, in alienas manus transferre tentavere. Jam ante, ut supra diximus, Abbas ex assensu suorum Monachorum castri & oppidi partem, mutua tutela causa, transcripserat Engelberto Colonienfi Archiepiscopo, & post illum Walramus Archiepiscopus pignori cesserat Bernardo Episcopo, tutelamque utriusque munitonis illi ex consensu Abbatis transcripserat; præterquam quod Bernardus Episcopus aliud jus pecunia emptum ab Hermanno Comite Everstenio in castrum Kruckenberg obtineret. Id rebellium suorum Monachorum factum tam indigne tulit Abbas, ut publicis literis damnarit, palamque falsus sit, castrum & oppidum partem diocesis Paderbornensis esse, intraque jurisdictionem Episcopi Paderbornensis contineri, cui fides & defensio tanquam superiori suo Principi debeat. Extant hæc literæ Anno Mccccxxvii sigillo Abbatis consignata.

Lite hac inter offensiones utriusque partis accensa, Bernardus Episcopus noster xv Calend. Augusti mandat plebanis Ecclesiarum, in Helmwardeshufen, in Desle, Drendeborg, Sylen, Anrede, Buen, Tudekessen, & Corbeke parochiis suæ diocesis, detineri fructus agrorum ob damna sibi illata, violataque pacta, quæ super castro Kruckenberg utrimque convenerant. Mansit exinde castrum hoc in potestate Abbatis, & Paderbornensis Episcopi ad annum MDXL. quo a Landgravio Hassiæ per dolum occupatum, unaque cum Cænobio, oppido, & parochiis supra memoratis direptum.

Annus Christi 1338.

Benedicti XXII. Pont. 4. Ludovici IV. Cæsaris 25.

Bernardi V. Ep. Pad. 18.

Agitur in Comitibus Spirensibus pro Ludovico Pontifici reconciliando. *Ab. Argent. Rebdorf. in annal.*

Ceterum Bernardus Episcopus hoc anno evocatus ad graviora Imperii negotia a Metropolitano suo, Spiram ad comitia abiit, quæ Ludovicus Cæsar xxvii Martii indixerat. Convenere magno numero Episcopi Moguntinæ Metropolis, ac proceres Imperii; in quorum congressu Cæsar exposuit synce-

rum animum ac studium submittendi se Pontifici, omniaque ex Pontificis sententia facturum se recepit; atque ut Pontificis mentem inflecteret, scriptum est ex omnium Episcoporum sententia ad Pontificem, missique rursum legati Ulricus Episcopus Curienfis, & Gerlacus Nassoviæ Comes Aventionem ad Apo-

Monachi Helmwardeshufani castrum Kruckenberg, in quod jus habebat Ep. Paderb. aliis tradere tentant.

Trithem. Brevius in histor. Ecclesiast. Odoricus in histor. Ecclesiast. Heruvant

Apostolicam sedem, qui hasce Episcoporum literas deferrent.

Sanctissimo in Christo Patri, ac Domino suo D. Benedicto sacrosanctae Romanae, & universalis Ecclesiae summo Pontifici Henricus Dei & Apostolicae sedis gratia Archiepiscopus Moguntinus, Lupoldus Babenbergensis, Joannes Basiliensis, Bertoldus Argentinenfis, Henricus Eystetensis, Bernhardus Paderbornensis, Ulricus Curiensis, Otto Herbipolensis, ac Gerardus Spirensis, & Henricus Augustensis Ecclesiarum electi cum omnimoda subiectione, humilitate, & reverentia se ipsos ad pedum oscula Beatorum.

Cum jam dudum, ex miserabili dissidio inter sacrosanctam Romanam Ecclesiam ac Dominum Ludovicum de Bavaria, christiani populi peccatis exigentibus, suscitato in regno & imperio Romanorum, & praecipue in provincia Moguntina, grandium & diversarum turbationum tempestates emerferint, ac Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis, nec non animabus hominum, quod gravius est ferendum, Regni, & Imperii praedictorum innumerabilia provenerint detrimenta, & quotidie majora & plura prioribus occasione dissidii hujusmodi sint, ut ex verisimilibus conjecturis colligitur ac praesumitur, proventura: Nos grandes & acerbas ex hoc puncturas in nostris cordibus non immerito sentientes nuper Dominum Ludovicum praedictum ad civitatem Spirensis Provinciae Maguntinae praedictae super hoc specialiter instantivis precibus venire procuravimus ipsum, nos, Archiepiscopus Maguntinus, Argentinenfis, Paderbornensis Episcopi, ac Spirensis, & Augustensis electi praedicti personaliter; Nos vero Babenbergensis, Basiliensis, Eystetensis, & Herbipolensis Episcopi, aliis nostris & Ecclesiarum nostrarum protunc negociis praepediti per nostros solennes nuncios, precibus, consiliis, ac salutaribus monitis non sine magna sollicitudinis studio exhortantes, ut ipse ad divini nominis gloriam, & ad vestrae sanctitatis ipsiusque Ecclesiae Romanae honorem & reverentiam, nec non ad quietum & salubrem statum Regni & Imperii eorundem, velit ad vestram, & ejusdem Ecclesiae Romanae sanctaeque Sedis Apostolicae gratiam cum devotione

redire se vestris, & ipsius Ecclesiae, dictaeque Sedis Apostolicae beneplacitis humiliter per omnia conformando: Qui modica deliberatione praehabita se velle stare, ac parere super materia praefati dissidii, ac omnibus ipsum dissidium contingentibus, informationi, & ordinationi nostrae, in quantum cum Deo, justitia & honore suo fieri posset, efficaciter repromisit, suas patentes super hoc literas majori suo sigillo munitas super potestate hujusmodi tradita nobis dando, cautiones juratorias, ac fidejussorias Magnorum & plurium Principum, & Baronum nobis super hoc nihilominus offerendo. Clementissimam igitur vestram Beatitudinem omni qua valeamus precum instantia, devote ac humiliter imploramus, quatenus redeundi ad gremium S. Matris Ecclesiae promptitudinem ipsius D. Ludovici, qui super materia dissidii hujusmodi ordinationi Ecclesiasticarum personarum duntaxat se submittere non expavit, praemisissis quoque turbationibus, dispendiis, & periculis, specialiter Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis ut praemittitur, imminuentibus, per vestrae sanctitatis providentiam paternis affectibus ponderatis praedictum Dominum Ludovicum ad reconciliationis gratiam sub modo praemisso, vestrae solite benignitatis clementia recipere non recuset: partes Regni, & Imperii praedictorum ac praecipue Ecclesias, ac personas Ecclesiasticas eorundem partium de periculis, aerumnis, & laboribus praetactis ad statum optatae quietis per reconciliationem hujusmodi reducentes. Verum quia ad omnia, & singula praemissa & ea contingentia, plene, ac pacifice scribendi scheda non sufficeret, nos venerabilem Patrem Dominum Ulricum Curiensis Ecclesiae Episcopum & spectabilem virum Gerlacum Comitem de Nassau, de praemisissis plenissime informatos ad pedes vestrae Beatitudinis duximus fiducialiter destinandos; eandem vestram Beatitudinem ex intimis nostris affectibus exorantes, quatenus eisdem super iis fidem adhibere dignemini creditivam. Datum Spira die xxvii mensis Martii Anno Domini MCCCXXXVIII.

Pontifex acceptis literis benigne, quemadmodum Argentinenfis est auctor, respondit Legatis, ac flentis in modum questus est, se pronum quidem esse ad reconciliationem Caesaris; sed

Monachi
Helmwar-
deshtufani
estrum
Krucken-
berg, in
quod jus
habebat
Ep. Paderb.
aliis trade-
re tentant.

Trithem.
Bzovius in
histor. Ec-
clesiast.
Odericus in
histor. Ec-
clesiast.
Hervovant

sed prohiberi a Francorum Rege, qui pejora, quam unquam ante minitetur. At ista refellit Odoricus ex literis Pontificis ad Coloniensem Archiepiscopum scriptis, quibus omnem culpam rejicit in Cæsarem, vitiisque dat, Cæsarem dolo egisse, cum Pontificum legatos superiori anno ante tempus revocasset: non ex omnium Principum, sed unius tantum Metropolis Episcoporum sententia causam suam urgere: iniisse belli societatem cum Anglorum Rege adversus Francum, quocum prius a Pontifice jussus erat componere. Quæ nunc in medio relinquimus.

Comitia
Colonienſia
in quibus
rurſum Lu-
dovici R.
cauſa ſu-
ſcepta.

Cæſar ſubinde ſcriptis minacibus literis ad Adolphum Leodiensẽ Episcopum, Coloniam ad comitia die octava Paſchæ evocat, daturum rationem de contumacia in Cæsarem, & studio Gallicæ nationis. Quæ cum Episcopus sperneret, Cæsaris jussu, bellum intulere Leodiensẽ Joannes Brabantia Dux, Reinaldus Gelriæ Comes, Wilhelmus Julii Marchio, alique Dynastæ, quibus etiam se Walramus Colonienſis Archiepiscopus junxit; at postquam a Pontifice monitus fuit, ne se bello illi miſceret, pacem inter diffidentes composuit. Utrumne Cæſar per id tempus Coloniam venerit, incertum. Sane menſe Septembri Renſa ſuper alveo Rheni haud procul Confluentia convenere magno numero Principes cum ipſo Cæsare; interque ſacrorum præſules adſuere Henricus Colonienſis, & Balduinus Trevirenſis Archiepiscopi cum provincialibus Episcopis. Ibi in conventu conjuravere omnes se Imperii libertatem & jura adverſus quemcunque deſenſuros; rurſumque epistola ad Pontificem Principum nomine data, cui Mogunt. & Trevirenſis præſcribere nomina ſua. Hujus argumentum erat, uti acta Joannis Pontificis reſcinderentur, & deſtituti Principis cauſam ſuſciperet Pontifex, idque minis & precibus actum.

In iſdem
Comitiis
Eduardus
Rex Angliæ
Vicarius
Imperii no-
minatus.

Aderat & in his comitiis Eduardus Rex Angliæ evocatus, qui vectus per mare 22 Julii Brabantiam intrarat. Inde Coloniam accelerans, postquam trium Regum ſepulchra veneratus eſſet, Confluentiam acceſſit, quo Cæſar cum magno procerum agmine occurrit. Eo in congreſſu Anglus Vicarius Imperii no-

minatus: actum de mercenario milite per Germaniam ſcribendo, ingenti pecunia numerata; Cæsari LXXX millia aureorum ab Rege oblata refert Argentinienſis, junctum promiſſis fœdus ad bellum Galliaẽ inferendum; quæ tamen omnia re minora fuere. Interim fide juſſit Reinaldus Gelriæ Comes, Regis affinis, opponendo hypothecæ nomine Gelriam, Neomagum, Arnhemium, Hardewicum & Ruræmundam; tantundem præterea argenti mutuum accepit a Balduino Trevirenſi Archiepiscopo, eoque ipſam Angliæ coronam, quod Trithemius ſcribit, Confluentia pignori reliquit; in his demum comitiis Principum ſententia Francus hostis Imperii denunciatus, eoque Cameracum, & quæ præterea feudi titulo tenebat ab Imperio, juſſus eſt reddere: tantis animis irisque exarſere in Gallum Germaniaẽ proceres.

Confluentia Principes cum Cæsare ſuo Francofurtum profecti, ubi Cæſar omnes Imperii ordines convocavit. Neque celebriora facile comitia fuere, ad quæ tanto numero Electores, & Episcopi, cæterique Principes convenere. In his una omnium concordia pro Cæsare conſpiratum; ac duo cum primis decreta, *electum videlicet majori ſuſfragantium parte Romanorum Regem parem habere poteſtatem adminiſtrandi Imperii, quam coronatus Imperator haberet; deinde, Quicumque Ludovicum pro excommunicato haberet, aut ceſſaret ob Pontificis decretum a divinis, præſcribendum ex Imperio.* Cui decreto cum non parerent Canonici Francofurtenses in æde D. Bartholomæi, Dominicani, & Carmelitæ, plerique fortunis mulctati & in exilium projecti ſunt. Adeo ſine conſcientiæ periculo cum Cæsare communicandum ſanxere Episcopi, & Principes. Rurſum ex his comitiis ab ordinibus ſcriptum ad Pontificem; recitanturque binæ apud Rebdorfium literæ, Anno Mcccxxxviii menſe Auguſto datæ; quarum poſtremas inſcripſerunt Henricus Moguntinus, Balduinus Trevirenſis & Walramus Colonienſis Archiepiscopi, Electores præterea ceteri, Waldemar Marchio Brandeburgicus, Rudolphus Palatinus, Rudolphus Dux Saxonie; tamen hæ literæ non immerito aliis ſuſpectæ corruptæve appareant; eo quod Walramus, Bran-

Comitia
Francofurt-
tenſia, in
quibus de
claratum;
Cæsarem
non teneri
excommuni-
cationis
Pontificis
ſententia.

Iterum
Francofurt
Comitia.
Rebdorf.
annal.
Albertus.
Argent.
Bravver.
in annal.
Trevir. l. 1
Hesjemi-
c. 25.
Leoldus.

Brandenburgicus, & Rudolphus Palatinus ante decennium fatis concessisse perhibeantur.

Ab hac conspiratione Principum Colonienſes Walramum Archiepiſcopum ſuum eximi volunt, ne quam illi ſchiſmatis notam aſpergant, cujus tamen haud magno ratio habita fuit; atque ipſe etiam Walramus Archiepiſcopus bello, ut diximus, adverſus Leodiienſem Epifcopum arma Caſaris conjunxerit. Quare ut ceteri per Germaniam Epifcopi, praeter Bertholdum Argentinenſem, Ludovico Caſari jurementum fidei dicere non detrectarunt. Ita nec Bernardus Epifcopus noſter aliquam ſchiſmatis maculam habere potuit; tota enim haec comitiorum actio inter caeteros Albericus, qui tum in cura Romana agebat, audiviſſe ſe magnos praelatos, & laicos utriusque juris peritos, qui pro Caſare pronunciarint, cujusmodi plures auctores per cenſer auctores Boicorum. Arripunt haec avide haeretici ad ſupremam Pontificis poteſtatem convellendam, innixi Marſilio de Padua & Landuno, Hierarchiam Eccleſiae non ex Chriſti, ſed Ariſtotelis doctrina fabricantibus.

Quid vero caeteri per Saxoniam Archiepiſcopi, & Epifcopi in hoc diſſidio

egerint, quando nullas Pontificis literas, vel ad Magdenburgenſem, vel Bremenſem Archiepiſcopos adhuc repererim, magnumque ſit ſcriptorum noſtrorum ſilentium, dicere ſuperſedeo. Spectatores illi potius hujus ingratae ſcena, quam actores eſſe maluerunt; neque de geſtis domeſticis Epifcopi noſtri ultra compertum, quem totum publica occupant, virum claritudine generis, ſenio & prudentia ſpectabilem inter Weſtphaliae Epifcopos.

Nec tamen hic annus vacuus laude Buranae apud nos familiae, ex qua Bertholdus Dynaſta, Dominus arcis Wevelsburgicae, ex conſenſu Joannis fratris Canonici Paderbornenſis Eccleſiae noſtrae, ac conjugis Hedwigis, haereditumque filiorum ſuorum Bertholdi, Herimanni Sophiae, Elizabethae, ac Judithae amplas agrorum poſſeſſiones Burano Oppido circumjacentium donat Cœnobitis Lipſtadienſibus D. Auguſtini familiae, permotus, ut in literis proſtitetur, amore Dei, ſalutis ſuae, & familiae bono, & religioſorum virorum pietate; quos inter tum laudabilior diſciplina colebatur, quam cum Luthe- rus hoſpes atque incola Cœnobium illud haereſi ſua contaminaret, ideoque nunc deſertum jacet.

Burana familia datis plarium agrorum poſſeſſionibus Cœnobitis Lipſtadienſibus beneficit.

Sub idem tempus fatis conceſſit Wilhelmus Arnsbergenſis Comes, vir ſyncerus, & cleri rectique amans, relicto Godefrido bonorum haerede, Wilhelmo Meſchedenſi Praepoſito, & Conrado Osnabrugenſi Canonico, filiis. Et Godefridus Comes is fuit, qui poſt xxx. annos comitatum vendidit Colonienſi Eccleſiae, familiamque clauſit.

Moritur Wilhelmus Comes Arnsbergenſis.

Annus Chriſti 1339.

Benedicti XII. Pont. 5. Ludovici IV. Reg. 26.

Bernardi V. Ep. Pad. 19.

Appetente poſt haec ſolemni Chriſtianorum jejunio, rurfum hoc anno Caſar, Francofurti conventum habuit Principum acceſſu celebrem; in quo praesente Eduardo Angliae Rege relatio facta eſt de ſupplicis Regi ferendis, eique beneficia ac feuda Imperii Romani, quae a Franco tenebantur, adjudicata ſunt: ſimulque novis tabulis Imperii Vicarius confirmatus eſt. Eo in conventu Reinaldus Gelriae Comes Dux

creatus; bellica fortitudine, quam pietate, clarior; tum & opera Balduini Trevirenſis Archiepiſcopi Joannes Bohemiae Rex in gratiam Caſaris reſtitutus eſt. Adeo omnes in concordiam, & Caſarem ſuum conſpiravere, ut jam fruſtra requirant nonnulli omnium ordinum aſſenſum in cauſa Caſaris apud Pontificem vinculis Gallorum illigatum.

D d

Caſar

Iterum Francofurti Comitio. Rehdorf. in annal. Albertus. Argent. Bravuer. in annal. Trevir. l. 17. Hocſemius c. 25. Levidus.

Comitia Francofurti, in quibus de Caſarem non tenentur excommunicationis Pontificis ſententia.

*Alb. Argens
Rebdorf.
Rex Ang-
glie, Ger-
manorum
copiis adju-
tus, Gallum
adoritur.*

Cæsar finitis comitiis Tridentum profectus, novos Lombardiæ civitatibus præfectos imposuit, Italiam tamen non ingressus. Inter hæc Eduardus Angliæ Rex bellum Francicum, quod priori anno cœperat, magnis animis viribusque resumpsit; fertur enim sub signis habuisse quatuordecim equitum millia, peditum sexaginta; junxerant enim se Regi Joannes Dux Brabantia, Reinaldus Dux Gelria, Guilihelmus Juliaci Marchio, duo Westphaliæ Comites Adolphus Montium, & Adolphus Marchiæ, aliique Dynastæ. Accessit & Ludovicus Marchio Brandeburgicus Cæsaris filius cum copiis, quem mille quingenti Germanorum equites voluntarii secuti. Ipse Cæsar indignantibus Germanis, secus quam promiserat, bello huic se subtraxit; seu quod pecuniam a Rege sibi intra constitutum tempus prætenderet; seu verius quod persuasum haberet, se hoc pacto reconciliandum Pontifici & Franco. Interim Anglus in nonum diem Camera cum obsidet; ubi vero comperit Francum cum ingenti exercitu adventare, soluta obsidione occurrit Franco, ardentibusque Anglis & Germanis justo prælio decernit. Francus pugnae copiam non fecit, fama que sat habuit fatigare Anglum, qui & inopia rerum, cum Germani sedentariam militiam non ferrent, in Flandriam se recepit, sumptoque Regis Franciæ nomine, & insignibus liliorum in Angliam transmissit ad rem pecuniariam expediendam, classemque apparandam.

*Obitus Ber-
tholdi de
Bueren
Westphaliæ
Ducatus
Marchalli.*

Tanto interim quietior Westphalia, Gelro, & Montium, Marchiæque Comitibus externo bello occupatis. Excessit inter Dynastas hujus diocesis Bertholdus de Bueren, ob spectabiles domi bellicue virtutes ante a Walramo Archiepiscopo delectus Marchallus du-

catus Westphaliæ. In cujus locum Godofridus Arnsbergæ Comes ab Archiepiscopo est subrogatus; Volckmaria vero Oppidum, castrumque Coglenberga Herboldo de Papenheim & Herboldo Rauen militibus nostræ diocesis commissum. Sub id tempus Otto Comes Ritbergensis ab Archiepiscopo arci Hovestadenti ad Luppiam præfectus est, recepitque Comes se arcem suam restauraturum, & per fiduciarium militem Castrenses partes expleturum.

Hunc in modum Bernardus Episcopus noster intentus ad fines diocesis præmuniendos, acceptis centum marcis argenti a Magistratu & civibus Brakelenibus, alteram partem judicii forensis oppignorat. Quam ille pecuniæ summam convertit in castrum Kruckenberg atque Oppidum Helmwardeshufanum instaurandum firmandumque. Id interveniente fide equestrum virorum Wernero de Aldeveffen, Herboldo de Papenheim & Arnoldo Portenhagen factum, quos castri Kruckenbergensis & Oppidi Helmwardeshufani custodes præfectosque constituerat. Quemadmodum hæc festo D. Lamberti conscriptis tabulis convenere. Jam ante festo Nicolai Bernardus dono acceperat ab Abbate Monasterii Mariæ quinquaginta marcas, quas in eandem munitionem Kruckenbergensis castri & Oppidi Helmwardeshufani converterat; in vicem vero grato animo dilargitur Episcopus Abbatibus & Cœnobio amplos decimarum redditus, quos ex agris circum Oppidum Vordentis possidebat. Tanta sollicitudini impenseque fuit, ut hæc loca ad fines Hassiæ cum celebri Monasterio Helmwardeshufano religioni & diocesi servaret, quæ tam prodige ab ipsis Monachis data sunt alteri postea in prædam.

*Bernardus
Ep. inten-
dit muni-
endo Castro
Kruckens-
berg.*

*Gobelin.
stat. 6 r. 6.
Cranz. lib.
9. Meop.
c. 5. & 6
Bruch in
stat. Epif.
Kerjenbr.
Bernardi
Ep. Pad.
obitus &
lus.*

Annus Christi 1340.

Benedicti XII. Pont. 6. Ludovici IV. Reg. 27.

Bernardi V. Ep. Pad. 20.

*Annus a
peste Ger-
maniz, a
bello Gal-
liæ & Bel-
gio time-
tus.
Tribem.
Argentin.
Bressard.*

Sequitur annus quadragesimus supra millesimum pestilentia & famis diritate Germaniæ funestus, belli vero malis Belgio & Galliæ haud minus calamitosus. Quippe Rex Angliæ terra marique armatus, ingentem cladem Galliæ intulit; victi enim primum na-

vali prælio Franci ad Clusas in Flandria, ac mox Rex Angliæ cum terrestri exercitu, quem validissimum contraxerat ex federatis Germaniæ inferioris & Westphaliæ proceribus, Galliæ provincias ingressus Tornacum obsedit. Occurrit Francus cum exercitu,

in

*Chron. Mo-
nast.
Kerjenbr.
in fastis.*

in quo centum millia peditum, & ingens equitum numerus censebatur, nec tamen ausus praelio congredi; nihilque magis, quam Galliae vastitas acta. Quae postquam Pontifex audiit, illud sacri vatis de Franco pronunciaffe fertur. *Noluit pacem, & elongabitur ab eo.* Caesar etsi occultum cum Franco initum foedus coleret, belloque huic se subtraheret; nihil tamen vel a Pontifice vel Rege Francorum ad reconciliationem, quam unice quaerebat, obtinuit. Quod fama esset, sicuti Argentinensis refert, *Francum, quae nollet, dissimulasse se velle, Pontificem, quae vellet, dissimulasse se nolle.* Ita Caesardum politice agit cum Anglo, magnis ut fit, politicorum artibus est delusus.

Ex his temporum fluctibus sustulit mors Bernardum Episcopum nostrum, administrato in vigesimum annum Episcopatu, Gobelini, Crantzii, Bruschi, Kerfenbrochii, aliorumque scriptorum iudicio, magnus illa tempestate Episcopus. Quippe bellis pro Ecclesiae suae libertate gestis non minus felix, quam concordia cum vicinis Comitibus, pace cum domesticis, auctoritate apud omnes Principes, & religione cum primis in disciplina cleri populique excolenda inter Saxoniae Westphaliaeque praesules egregius; quod facta ejus, quae per viginti annos decurrendo percensuimus satis eloquuntur. Praetereaque vitae integritatem, laudi datur a Gobelino, omnia Pontificalia munia ritum antecedentium Episcoporum sine adiutoris opera diligentissime administrasse. Quanquam, quod omnium Episcoporum aeo illo commune factum fuit, desint scriptores, a quibus singulorum res gestae in literis relatae sunt, quas ex imperitis chronicorum sarcinatoribus, ex obscuris succinctisque factis, & vetustis quibusdam literis, tanquam ex naufragii tabulis colligere necesse est. Quorum tamen multa involuta manent. Quale illud est, quod Bernardum Episcopum bellum gestisse, memoreretur a Gobelino, cum Homelingis; quibus debellatis, tantam praedam congesserit, ut omnes turres, ac cellas castrorum suorum, urbis cum primis Paderbornensis impleverit. At quod bellum illud? aut qui Homelingi illi? sunt, qui potentem Homelingorum familiam opinentur, dicecesi infe-

stam; quorum tamen nulla mentio in ullis vetustis literis. Verisimilius dixeris sociale bellum fuisse, aut cum Ludovico Monasteriensi Episcopo adversus Homelingos in Embslandia Episcopo suo rebelles; nam cum Frifis & incolis illis Embslandiae grave bellum fuit Ludovico Episcopo, everfis multis eorum arcibus: quibus ille castrum & Neuhusium adversus rebellantes Homelingos a se constructum opposuit. Aut certe bellum designat Gobelinus, quod Burchardus Archiepiscopus Bremensis per id tempus gessit contra Kedingos; ad id enim Saxones, Westphalos, & Holfatos imploratos convenisse memorat auctor historiae Bremensis. Hujusmodi multis bellis victoriisque refertur clarus, quarum tamen paucae consignatae sunt literis. Inter cetera castra, quae exstruxit, refertur a Gobelino atque aliis castrum Dringenberg hodie dum Satrapiae Dringenbergensis sedes in praerupto colle constructum; qua vero parte continenti planaque terrae jungitur, alta ex petris excisa fossa, murisque praemuniit, deserto interim, & inter rudera vetustatis relicto castro Driburgo, quod Caroli M. expugnatione donoque possidebat Ecclesia; is castri locus, etsi ob venerationem antiquitatis, & Caroli M. memoriam, a primis Episcopis praemunitus steterit; post tamen ob difficilem montis altissimi assensum, & vasta circum nemora sensim deseri coepit. Quare a Bernardo Episcopo una cum proventibus agrorum ad commodiorem haud procul Driburgo magisque excultum populis locum munitio translata, castrique commutatio facta est. Multa hujusmodi castra dicecesis, praeter Beverungam & Vordam, aut nova excitasse, aut vetustate collapsa reparasse scribitur; quae tamen segnes illi scriptores ne verbo quidem annotarunt. Unum Bernardo datum vitio, nobilitatem multis privilegiis, quod in tributa quadam populi consenserit, exornasse; vicissim populo dedisse potestatem construendi domicilia in caemeteriis; quibus tamen circuitus non impediretur, deponendique cistas intra templorum spatia, quo ab hostium incursionibus & spoliis secura essent. Id quod haecenus ab Episcopis nostris permissum non fuerat, ne sacrorum loca profanarentur. Sed haec levia sunt, & jam alibi

D d 2

inva-

Auctor hist.
Brem. in
Burchardo

Gobelin.
stat. 6 c. 68
Crantz. ib.
9. Metrop.
c. 5. & 6.
Brusch. in
causal. Episc.
Kerfenbr.
Bernardi
Ep. Pad.
obitus &
laus.

Chron. Mo
nast.
Kerfenbr.
in factis.

Bernardus
Ep. intendit
muniendo
Castro
Kruckens
berg.

invaluerant: nec ea sunt, quæ tanti viri famam multum obscurent; contra quanto desiderio amissus sit hic Episcopus, quantoque in amore apud omnes ob res præclare gestas fuerit, testatur posthuma illius memoria. Conditus enim in medio Basilicæ, monumentumque illi, opere elaborato ac supra humum paululum erecto, positum est, area Episcopi effigie insigne, supra quam corona suspensa conspicitur, raro antecedentium Episcoporum nostrorum decore & posteritatis memoria. Epitaphium rude adscriptum, & prima sui parte ob vetustatem corrupto versu legitur.

* Insigne Co-
munitatis Lip-
pensiensis.

Mundo translatus de * stella florequè
natus
Bernardus quintus, foris hic qui rexit
& intus,
Ut Cato prudenter, Machabæi more
potenter,
Ecclesiam pavit in pace suos quia
stravit
Hostes, hic struxit nova, diruta cæ-
pta reduxit
Omnia, piscinas, sylvas, vireta, fe-
rinas,
Omneque quod movit, communiit,
utile fovit,
Hic lapis ossa tegit animæ quæ tarta-
ra fregit.
Ut salus huic detur Clerus, plebs cor-
de precetur.

Sextum Ur-
bis Paderb-
incendium.

Eo ipso anno scribit Gobelinus nos-
ter, quo Bernardus obiit, civitas Pa-
derbornensis igne conflagravit. Sed
utrum id vivo Bernardo, aut post obi-
tum ejus evenerit incertum. Bruschi-
us, & Kerfenbrochius id vivente Epi-
scopo factum narrat, ex eoque dolo-
rem contraxisse, quo in morbum &
mortem depressus sit. Verum dum
Bruschius paucis ante mensibus id fa-
ctum asserit, antequam Episcopus e vi-
ta migrarit, ad hunc annum Bernardi

cum Gobelino referri non potest. Quip-
pe qui XIII Januarii excessit e vita. Sane
sexturn id fatale urbis Paderbornensis
incendium fuit. Sive igitur Bernardo
Episcopo, seu Balduino, acciderit; cer-
te hoc Basilica Cathedralis Ecclesiæ la-
bem & ruinæ periculum contraxit; uti
id ex Balduini Successoris literis, trien-
nio post recitandis, conjicere fas erit.

Reperio in quibusdam Monasteri-
ensium Chronicis, annotatum hoc ano-
no, admirandam fabricam prægrandis
turris, quæ transaquenti Basilicæ Col-
legioque virginum cohæret, ceptam
esse. Opus, sane quo tota Westphalia
Saxoniaque nihil prope ex antiquitate
magnificentius conspicit; quo simul
tempore Basilica in eum, quo nunc aspi-
citur, splendorem conformata sit. Fab-
ricæ hujus quadrata basis e secto lapi-
de extructa, multisque circum stantibus
exornata: latitudo singulorum laterum
40 pedum, altitudo scapi seu basis ad
culpidem 200 pedum, pyramis, quæ
basi imposita, 100 olim pedum, ante-
quam ab Anabaptistis dejiceretur, &
per octo circum milliaris aspectabilis
fuit. Verum an hæc fabrica turris Lu-
dovico Episcopo adscribenda, an Her-
manno primo ejus Collegii Virginum
& Basilicæ conditori, an alii etiam Epi-
scopo, fateor mihi nondum ex ullo
Scriptore, aut vetustatum monumen-
tis certo deprehendere licuisse. Adeo
magnorum operum memoria, cum
nulla etiam anni inscripto lapidi usquam
impressa extet, sine literarum monu-
mentis intercidit. Facile tamen quis
sibi persuaserit, id quod Kerfenbro-
chius aliique observarunt, Ludovicum
Hassia Landgravium magnifice hanc
fabricam erexisse, quem constat qua-
draginta novem annos Ecclesiam illam
administrasse, pluraque monumentorum
opera construxisse, quam ab ullo
Monasteriensium Episcopo accepimus.

Turris
Trans-
quentis Mo-
nasterii ja-
cta funda-
ments, eja-
que deseri-
ptio.

Baldwinus
de Steyn-
fordi Cat-
dra Pader-
bornensi
summo
Pontifice
imponitur
Gobelino.
an. 6. c. 6.
Crantz. l.
Metrop.
c. 26.
Brusch.
Catal. Epi-
scoporum.

Episcopat-
us Bal-
duino diffi-
cili.

Ab. Argen-
t. Annal. Bra-
banti.
Scribit. Cal-
vini.
Berwart.



BAL-

BALDUINUS
DYNASTA STEINFURDENSIS
XXIX.
EPISCOPUS PADERBORN.

Annus Christi 1340.

Balduini Ep. Pad. 1.

Baldwinus
de Stein-
furd Cathedra Pader-
bornensi a
summo
Pontifice
imponitur.
Gobelin.
uar. c. 68
Crantz. l. 9.
Metrop.
c. 26.
Brsch. in
Catal. Episc.
Kujsabr.

Intra anni decursum Bernardo sub-rogatus Balduinus dynasta Steinfurdensis, natus in dicecesi Monasteriensi, primusque, ut Gobelinus est auctor, qui Benedicti XII Pontificis auctoritate Paderbornensi Cathedrae impositus; si tamen Henricum Werlesem Episcopum nostrum excipias. Quid vero impedierit, quo minus libera cleri electione Episcopus sumptus sit, an pratenfum schisma ea tempestate, ut Pontifex sibi obnoxios haberet Episcopos a se constitutos, an diffidium inter eligentes, an potens aliqua apud Pontificem commendatio, in nullis rerum nostrarum scriptis annotatum reperio. Tanta horum incuria apud nostros fuit, aut jactura monumentorum. Neque ex clero nostro delectus apparet, quando inter Canonicos nostros nulla ejus

memoria in subscriptis tabulis. Verisimilius, ex clero Monasteriensi traductum in hanc sedem. Quod in donationum tabulis Collegio S. Mauritii anno 1335 consignatis reperiantur hi Canonici Monasteriensi Ecclesiae Godefridus Rike Decanus, Balduinus de Steinfordia, Rembertus Ledebur, Hermanus & Theodoricus fratres de Bodike, Gerlacus de Bicken, Everhardus de Altena, Engelbertus Franzois, Joannes de Reckede.

Præsul interim, ut Gobelinus no-ster inquit, omnibus percarus & affabilis, & magna cleri ordinumque concordia ob spectabilem modestiam & prudentiam exceptus cultusque; eo & per XXII annos magistratum illum præclara cum laude gessit.

Gobelin.
uar. c. 69

Annus Christi 1341.

Benedicti XII Pont. 7. Ludovici IV. Reg. 28.

Balduini Ep. Pad. 2.

Episcopos.
inicia Bal-
duino diffi-
cilia.

Difficilem provinciam sub initium Episcopatus ingressus est Balduinus; nam quantum Pontifici obligatus, cujus auctoritate impositus erat, tantum Cæsari suspectus invisusque esse potuit; quod ille nondum reconciliatus cum Pontifice esset, & ceteri fere omnes Imperii Episcopi & Principes una omnium conspiratione cum Cæsare facerent. Hic cum inter duos scopulos procedendum esset, ita sibi a publicis temperavit, ut nec Cæsarem nec Pontificem offenderet. Et commodum, hoc anno adhuc tractari inter Cæsarem

& Pontificem de reconciliatione, interque Francum & Cæsarem de pace. Quod & Francus sollicitabat cum Eduardo Anglorum Rege. Quamvis, ut annales Flandriae memorant, Wilhelmus Hollandiae Comes in gratiam Cæsaris Gallo bellum moveret, & aliquot Castellis occupatis circa Cameracum omnia vastaret. Haud secus quam Brabantinus, Gelder, Juliacensis in gratiam Regis Angliæ Gallo arma intulere; quibus ex Westphaliæ proceribus se junxere Marchiæ & Montium Comites; martiis turbis in peregrinum solum deportatis.

Nec

Alb. Argent.
Annal. Bra-
ban.
Schlar. Cal.
vijus.
Brevuar.

*Erucio in
chron. Oj-
nabr.
Collidun-
tur in West-
phalia Epi-
scopi Osnab-
rug. &
Monaster.*

Nec tamen Westphalia ob id omni bellico motu libera fuit. Nam inter Godefridum Osnabrugensem, & Ludovicum Monasteriensem Episcopos lis orta, quæ utrumque ad arma provocavit. Querebatur Osnabrugensis per Embslandiæ Satrapiam præfectosque Monasteriensis Episcopi mercatores spoliari, ac sacerdotes clericosque suos, qui ad Synodum vocabantur, impediri, devexarique. Quippe Embslandia a Caroli M. ævo ad nostra usque tempora jurisdictioni sacræ Episcopi Osnabrugensis asserita erat. Contra Monasteriensis Episcopus inculabat Osnabrugensem, quod Henricum & Everhardum nobiles Korfios in fidem & tutelam suscepisset, arcemque eorum Harcottonam Monasteriensis Ecclesiæ jurisdictioni subtractam, Osnabrugensi Ecclesiæ conjungere tentaret. Jamque a lite ad arma, ab armis ad mutuas depopulationes agrorum res processerat; cum Walramus Colonienfis Archiepiscopus utriusque Metropolitanus utriusque Susati post festum D. Lucie conventum & pacificationis diem indixit, quo Osnabrugensis cum Monasteriensi in hæc leges est compositus. Mercatoribus & Clero sua prisca libertas maneret, nec synodi impedirentur: Korfii nobiles redirent ad suum Dominum, arcemque Harcottonam redderent Monasteriensi.

Simul in hoc conventu Walramus Archiepiscopus controversiam, quam habebat cum Osnabrugensi, composuit. Emerat olim Siffridus Colonienfis Archiepiscopus Gograviatus, ut vocant, judicium ab Hervordienfi Abbatissa, delectusque fuerat tutor & Advocatus ejus Collegii Virginum, &, quo jure incertum, confirmabat Abbatissas; ob id Abbatissa tres aureos dependebat Metropolitanæ; cum Osnabrugensis, licet id juri suo derogare contenderet, convincere tamen non posset. Porio Paderbornensi Episcopo querela esse poterat, cujus jurisdictioni sacræ Hervordia, ac cetera per comitatum Ravensbergensem loca sunt subjecta, ut jam toties supra commonstratum est.

*Collegium
Canonicorum
ex Engeren Her-*

Per id tempus vetustum Collegium Canonicorum, S. Joanni & Dionysio consecratum, quod olim a Widekindo M. ad arcem paternam conditum

diximus, auctoritate Colonienfis Archiepiscopi ex Engeren in ipsam civitatem Hervordiensem translatum est, quo postea ossa quoque D. Widekindi conditoris e sepulchro transportata fuere. Huic celebritati haud dubium Balduinum nostrum tanquam ejus loci Episcopum interfuisse.

Sane vero is hoc anno statim Episcopatus administrationem magnis animis feliciterque auspiciatus, castrum Bredenborn, id quod jam ante cohortatione auxilioque Bernardi Episcopi constructum erat ab Abbate Monasterii Mariæ, donatione ipsius Abbatis & Ccenobitarum, Ecclesiæ Paderbornensi adjecit, eaque, quæ Abbatis erant circa munitionem, alia agrorum commutatione transegit; id quod uberius hæc Balduini tabulæ exponunt.

Nos Dei gratia Boldewinus Electus & confirmatus, Otto Præpositus, Fridericus Decanus, totumque Capitulum Ecclesiæ Paderbornensis tenore presentium recognoscimus, cupientes ad universorum notitiam pervenire, nos venerabili & religiosi viris, Domino Abbati & conventui Monasterii dicti Münster prope Sualenberg ordinis S. Benedicti nostræ diocesis, propter maximam confidentiam, quam ad Nos & nostram Ecclesiam dignoscuntur habere, ad defensionem & confirmationem sui Monasterii, ipsorum, & quorumlibet eorundem, secundum modum & formam, quibus per Reverendum in Christo Patrem & Dominum nostrum bonæ memoriæ quondam Beruarum Nostri Boldewini prædecessorem in litteris super munitionibus Voerde inter eundem & dictos Dominos, Dominum Abbatem & conventum mutuo traditis obligamur, Nos & nostros successores ex abundantia firmiter astrinxisse, ac ipsos Dominum Abbatem & conventum munitionem sui Monasterii in Bredenborn specialibus promotionibus & auxiliis dicti quondam Domini Bernardi & Ecclesiæ nostræ prædictæ, ipsorum tamen suique Monasterii laboribus & expensis fundatam, erectam & constructam de ipsius munitionis defensione seu conservatione pro inimicorum & aliorum infestationibus, & insultibus, si quos forte insurgere contigerit, contra ipsos dissidentes, & maxime cum fundus dictæ munitionis ab

*vordiam
transferat*

*Baldwinus
Ep. castrum
Breden-
born Eccl-
sue sue ad-
jungit.*

ab Ecclesia nostra Paderbornensi ad eos pervenerit, ut antiquo nobiscum Ecclesie nostrae nomine cum omnibus suis iuribus, jurisdictionibus, decima, agris, campis, silvis, nemoribus, terris cultis & incultis, viis & inviis, aquis aquarumque decursibus, uno molendino, & duabus piscinis ante ipsam munitionem, & duabus piscinis in loco Marbeke sitis, ac ceteris locis quibuslibet mensuratis, deputatis, & assignatis, ac territorii munitionis praedictae, nec non specialiter cum villa Brochusen, sine decima cum ejusdem villae arvis, silva, appendiciis, & pertinentiis quibuscumque, ac etiam cum tribus nemoribus, scilicet Astbrock, Vrebolt & Bernholt, cum juris solemnitate debita utrimque servatis servandis in hujusmodi contractibus medietate pro decima, agris & molendinis inferius annotatis legitime permutasse, & in concambium donasse, in nosque vice & loco Ecclesiae nostrae praedictae possessionis dominia directa & utilia omnium nobiscum permutatarum irrevocabiliter & perpetuo transulisse, reservatis sibi, & Monasterio suo in perpetuum domo lapidea in Bredenborne cum ejusdem domus aedificiis & curia sibi comexis, sex mansis in dicto territorio a solutione decimae perpetuo absolutis, prout uno sito juxta villam Brochusen, uno nemore dicto Benninholt, septem mansis cum duobus pratis Castrensibus ibidem pro feudis castrensibus, quae vulgariter borchleine dicuntur, hereditarie assignatis, quos quidem mansos ipsi Castrenses salvis iuribus quibuslibet cujuscunque in eisdem competentibus possidebunt. Et eos a Nobis Electo & confirmato praedicto, & ab eo, qui pro tempore Episcopus Paderbornensis exstiterit, pro feudis castrensibus recipient, usuri de cetero ex nunc iuribus & consuetudinibus, quibus aliae ceterorum locorum Ecclesiae nostrae Castrenses utuntur. Nos autem nomine antedictae Ecclesiae nostrae, permutationis & concambii titulo in recompensam dictis munitionibus in Bredenborne, ac omnium translatorum in nos & Ecclesiam nostram sicut praefertur, antedictis Dominis Abbati & conventui eorum Monasterio nomine donavimus & tradidimus, permutationis, & concambii iusto titulo mediante, decimam in Brumbersen, cum omni, quo cum haecenus Ecclesiae nostrae jure possedimus agros dictos, Dat Ebroch, cum

decima & pensione agrorum eorundem, & molendinum ante Nihim, dictum Brochuser mole, eorundem agrorum decimae, ac molendini dominia tam directa quam utilia una cum pensionibus suis per has litteras in eundem Abbatem & Monasterium in perpetuum transferendo. Dedimus etiam ipsis & eorum Successoribus specialem gratiam perpetuo duraturam, quod quaecumque, seu quoties ex nunc contributiones & subsidia per Ecclesias, Monasteria & Clerum in diocesi nostra Paderbornensi a Nobis seu nostris successoribus indici, seu fieri contigerit, Abbatem & conventum pro tempore existentes ibidem, & eorum Monasterium a portione ipsos contingenti ratione subsidii praedicti quitos dimittimus, & procurabimus solutos dimitti, dummodo ipsum subsidium non auctoritate Sanctarum Apostolicae & Moguntinae Sedium, sed ordinaria fuerit institutum. Ob hanc autem gratiam Ecclesiarum ipsis incorporatarum Rectores ab hujusmodi contributionibus seu subsidiis nullatenus eximentur. Est etiam edictum, quod domus in Bredenborne per Dominum Abbatem & conventum superius excepta sine quolibet onere municipali in perpetuum permanebit Domino Abbati & conventui praenotatis. In quorum omnium & singulorum testimonium sigillum Nostri Electi & confirmati, quo tempore electionis usi fuimus cum adhuc alio careamus, uno cum sigillo nostri Capituli praedicti praesentibus est appensum. Datum anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo primo feria quinta post letare Hierusalem.

Castrum hoc Bredenborn cum Opido ab Episcopis inde consequentibus praemunitum excultumque possessio Ecclesiae Paderbornensis manfit, cessitque Ferdinandi Bavari donatione Capitulo.

Haud multo post, mense Decembris hujus anni, Balduinus Episcopus Abbatem & Monasterium Mariae alio grati animi beneficio affecit; permittit enim Abbati decimarum emptionem a nobili viro factam, quae ex feudo Paderbornensis Ecclesiae tenebantur a possessore, nec sine Episcopi & Capituli assensu, per venditionem transferri poterant. Quam in rem Balduini tabulae apud nos servantur Anno Mcccxli post

vordiam
transfertur

Balduinus
Ep. castrum
Breden
born Eccl.
sine tax ad-
jungit.

post festum D. Lucia diem consignata. Testes adscribuntur Wernerus Raveno de Kalenberg, Raveno Herboldus de Papenheim, Hermannus de Kalenberg, Ludolphus de Herise, Albero de ^{* an Estelen} Ecklen milites, aliique Ministeriales. In his tabulis quia inscriptum lego *Nos Baldewinus Dei gratia Paderbornensis Ecclesiae Episcopus*, qui in superioribus tabulis se Electum & confirmatum scribebat, argumento est intra id anni tempus Episcopum fuisse consecratum; quanquam a quibus Episcopis,

Baldwinus
hoc anno
consecratus
Episc.

& quo loco illa celebrata sit, ex annalium memoria exciderit.

Exhibet deinde Brakelensis Magistratus ex suo chartophylacio binas Balduini literas hoc anno datas, quarum alteris vetera ejus civitatis privilegia ritum antecedentium Episcoporum instaurat, alteris Magistratui Brakelensi potestatem facit puniendi insolentes cives; nihilque Balduinus sub initium Episcopatus sollicitius habuit, quam per ordinum comitia & beneficia omnium sibi animos demereri.

Brakelensium
privilegia
confirmat.

Cenobii
Horden
in Comiti
ni Wares
initia.

Annus Christi 1342.

Clementis VI. Pont. 1. Ludovici IV. Reg. 29.

Balduini Ep. Pad. 3.

Summa in
Imperio
pax.
Albert.
Argent.
Rebdorf. in
annal.

Prosperè per hæc, & incredibili omnium ordinum concordia, cum Ludovico Cæsare omnia procedebant in Imperio. Quare Cæsar, ut Rebdorfius scribit, *generalem pacem per Alemanniam, Sueviam, Bavariam, Franciam, & per inferioris Rheni provincias promulgari jussit; quam omnes simul Germaniæ Principes, Domini, & civitates juramento firmavere. Nec ab hominum eorum temporum memoria tranquillior Germania: constitutique per singulas provincias judices pacis hujus assertores.* Nihilque ad felicitatem deerat, quam Cæsaris cum Pontifice reconciliatio. Et hujus quoque spes magna affulgebat, postquam Benedictus XII Pontifex, hætenus non tam sua voluntate quam metu Regis Galliarum Cæsari adversus, VII Calend. Maji excessit e vita, Successoremque habuit Petrum Rogerum, ex Benedictino Abbate Episcopum & Cardinalem ac deum Pontificem, Clementis VI nomine creatum. Sed is natione Gallus, & jam ante Cæsari infensus, solitusque, cum Cardinalis esset, Bavarum non aliter quam barbarum appellare, multo acerbior fuit in Cæsarem, quam Benedictus Pontifex, passusque se ad Regis Galliarum nutum obvertere. Cæsar interim, audita novi Pontificis inauguratione, misit oratores ad Clementem, qui suo nomine delictorum veniam precarentur, omnemque submissionem Pontifici debitam offerrent, hoc unum rogando, ut sese cum Ecclesia & Apostolica sede reconciliaret. Sed Clementi ne vox quidem clementiæ excidit; & cum Legati diu Pontificis limina sup-

Clemens
VI. Benedi-
cti success-
or reconcili-
ationem
Ludovico
Cæsari eni-
ne petenti
negat.

plices trivissent, fatigati fastidiis, votorumque irriti, in Germaniam rediere.

Cæsar Walramo Colonienfium Archiepiscopo infestior ob studia erga Pontificem, donat Confluentiæ 27 Augusti Godefrido Arnsbergenfium Comiti Advocatiam Sufatenfem, tria Gograviatus judicia, jus monetæ intra comitatum, telonia Nehemensis Oppidi, venationem nemoris ad Ruram, & jus primæ pugnae inter Rhenum ac Visurgim, quoties Cæsar armatus in campum procederet.

At quam pacatus ibat annus pacis otio, tam turbidus cæli & elementorum injuriis. Quippe præter insolitas tempestates frequentia ubique tonitrua, fulminum ictus, incussæ grandines; quæ mala cum Januario menfè cepere, passim Rhenus, Mœnus, Visurgis, ceteraque flumina extra alveos effusa, ingentia damna intulere; disjecti pontes eversa domus, submersa pecora, hominum salus in fuga superfuit; & tamen rara æstatis siccitas erat, cum hæc fierent; observatumque ex abditis terræ venis magna vi prorumpere aquas per diocesan Monasterienfem, villas & pagos obruere. Mindæ Visurgis revulso ponte in urbem & in chorum Basilicæ usque effusus. Lemgovix apud nos intra Teutonicos montes, quod Henricus de Hervordia retulit, aquæ ipsos muros supergressæ, ædes omnes ad tabulata implevere.

Rebdorf.
Tribem.
Chron.
Mons.
Chron.
Mind.
Henricus de
Hervord.
Crantz. l. 9.
Metrop.
c. 28.
Ingentes
aquarum
inundationes.

Argentin.
Rebdorf.
Annal.
Historia
Nosa.
Hervordia
Nauclarius
Matus.
Ludovicus
Rex rursus
apud Pon-
tificem pre-
reconcilia-
tione inite-

Episcopi passim per Westphaliam ad placandum numen conversi, preces sup-

supplicationesque indixere. Ludovicus Monasteriensis Episcopus Strombergæ crucis cultum aucturus, a Pontifice Benedicto tum adhuc superstite amplas noxarum indulgentias impetravit, quibus ille suas addidit. Cæptum & hoc anno Cænobium Hordense in comitatu Marcano haud procul Tremonia a Conrado Marchiæ Comite, Adolphi Comitis fratre, construi amplisque bonis dotari. Introductæ Virgines instituti D. Claræ: locus a vicina nobilium Hærdensium arce ac veteri familiæ sede appellatus, quod in partem dotis sacræ liberalitate sua venerit. Modo confusa species priscae pietatis, postquam hæresis Cænobium contaminare cæpit.

Cænobii Hordensis in Comitatu Marcano initia.

Grata hærebat memoria Balduino Episcopo nostro erga Abbatem Monasterii Mariæ; eoque curiam Vlechten, quæ feudum erat Episcopi, vendi permisit, transferrique perpetua possessione ad Cænobitas; id quod ex consensu Comitum Otonis de Benthem Præpositi sui, & Friderici de Ritberg Decani,

Curia Vlechtenis permissu Episcopi venditur Cænobio Mariæ. Muri. Hertenli.

ceterorumque Canonicorum se facere testatur Balduinus. *Testes præterea describuntur Conradus de Schonenberg, Wernerus de Brakele, Hermannus de Calenberg milites, multique famuli, & Ministeriales, literæ post Natalem Christi consignatæ.*

Accessit & hoc anno sacrum domus Hospitalarii ordinis S. Joannis largitate Conradi de Elmeringhusen Canonici majoris Ecclesiæ nostræ, & Godeschalci de Elmeringhusen armigeri. Locus Bendeslo olim dictus, post a Patrona B. Virgine delecta ad S. Mariam appellatus; ubi, ut congregatio Sacerdotum esset, terram omnem circum cum agris, pascuis, sylvis, & piscinis donavere. Quam fundationem ordinis supremus per has regiones Præfectus Gerhardus Urgemersheim, confectis tabulis S. Mauritii & Sociorum die, ratam habuit, dum illustis & venerabilis viri Hugonis de Monteforti Comitis ac magistri ordinis per Alemanniam auctoritate confirmaretur.

Domus Hospitalarii ordinis in Marienlo erigitur.

* Vulgo Marienlo.

Annus Christi 1343.

Clementis VI. Pont. 2. Ludovici Reg. 30.
Balduini Ep. Pad. 4.

Laborabat jam in alterum annum Cæsar apud novum Pontificem in tentanda pace. Missique rursus alii Legati in Gallias, Augustanus & Bambergensis Præpositi, cum iisque Ulrichus Cancellarius; eorumque se per eos Cæsar in manus Pontificis dedit; eo postulatam a Pontifice, tabulas pacis, uti vellet, præscriberet. Quæ postquam prolata; summa harum fuit: ut Cæsar delicta confessus imperium ejuraret, & non nisi ad Pontificis arbitrium reciperet: de se, deque liberis ac fortunis statuendi potestatem relinqueret Pontifici. Pacta hæc admisit Cæsar: supra quam credibile erat admirante etiam Pontifice & Cardinalibus, Cæsarem in eam rerum perplexitatem venisse. At cum Legati flagitarent finem negotio imponi, neque id impetratum est. Quare cum tabulis ut a Pontifice scriptæ erant, regressi in Germaniam; in quibus cum multa essent, quæ statum libertatemque Imperii contingerent, Cæsar cum Imperii ordinibus Francofurti comitia indixit; quæ tamen anno sequenti demum

Argentin. Rebdorf in Annal. Historia Beka. Herovart. Nanciers. Mutus. Ludovicus Rex rursus apud Pontificem pro reconciliacione instat

habita sunt. Quemadmodum hæc Argentinensis & Rebdorfus, deinde & multi Boici ceterique Germaniæ scriptores denarrant. Contra producit Odoricus Pontificis decretum, multorum Cardinalium & Theologorum sententia pridie Idus Aprilis pronunciatum, quo Cæsar priorum criminum ac pertinaciæ damnatur; scriptasque, inquit, ad Coloniensem, Brementem, Magdenburgensem, & eorum provinciales Episcopos literas, quibus promulgationem decreti hujus mandet, horteturque ad novum Cæsarem deligendum. Quæ res haud leviter conturbavit Episcoporum & Principum animos. Et quia Henricus Virneburgius, Moguntinus Archiepiscopus ac Metropolitanus noster, ferventissime Cæsaris partes tuebatur, postulatus Avenionem ad dicendam causam.

Ac paci licet publicæ superioris anni cumprimis consultum esset; non tamen ita tumultuariis bellis cautum, quin Ludolphus Steinfeldæ Dynasta

Chron. Monast. M.S. Tom. 5. P. Mauris. me

E e tracto

Ludovicus Ep. Monasti & Ludolphus Dynasta Steinfurd, bello se laceſcentes a Duce Gelriæ compo. nuntur.

tracto in societatem Gisberto Bronchorſtio, atque aliis quibusdam Weſtphaliæ proceribus ac nobilibus, Ludovico Monasterienſium Epifcopo bellum moveret. Nec ſegnius Ludovicus Adolphum Marchiæ Comitem per Everhardum Præpoſitum, Adolphi Comitis filium, ſibi junxit. Ejus auxiliis confirmatus, Steinfurdienſe caſtrum & Swaneburgum expugnat evertitque, filio Steinfurdienſis in carcerem abrepto. Quæ turbæ ne longius procederent, intervenit Reinaldus Gelriæ Dux, pugnantem in has leges componit. Captivi utrimque laxentur: Steinfurdus belli auctor Monasterienſi ſolvat 100 marcas, & ſcutum militare pendat: Neuter in alterius præjudicium caſtrum excitet. Ludolphus hic Steinfurdienſis Balduini Epifcopi noſtri frater reputatur, Ludolpho patre natus; avus horum Balduinus, is qui ad annum 1340 ſuperſtes fuiſſe ſcribitur. Gelder haud multum ſuperſtes 12 Octobris Arnheimii eſſe prolapsus cervicem fregit. Quæ pcena hominem, ut ſorores Philippa & Ifabella ad S. Claram Coloniae Sanctimonialia prædixerant, ſecuta, quod patrem carceribus incluſerat, & Sophiam primam conjugem indigne tractarat. Filii ejus, tanquam noxa patris non factis expiata eſſet, Reinaldus & Eduardus ſeſe mutuis poſtea diſſidiis ob bona paterna dilacerarunt.

Balduinus Ep. Bernardi V decretum de rejiciendis indignis Canonicis renovat.

Utrumne Balduinus Epifcopus noſter fratris bello ſe miſcuerit, incompertum eſt; id certo conſtat, eum hoc anno, V Idus Septembris, convocato primarii Cleri ſui concilio, decretum Bernardi V. Epifcopi & Capituli innovaſſe, de indignis in poſterum in Collegium Canonicorum non admittendis. Id uti ſupra a nobis relatum eſt ad annum 1331, ita eodem prope verborum tenore repetitum ſancit.

Jubet Conſceptionis B. V. feſtum diem in ſua dieceſi celebrari.

Nec minus laudabile Balduini decretum, ex eodem Præfulum & Canonicorum ſuorum conſilio, quo feſtum Conceptionis B. Virginis diem ſolemniter per diceceſin Paderbornenſem celebrandam ſancit. Quippe eximius inter Epifcopos B. V. cultus obſervatus. Balduini & Canonicorum noſtrorum exemplo, Ludovicus Monasterienſis Epifcopus ſeptennio poſt feſtum Virginis ſine originis labe conceptæ diem per ſuam diceceſin celebrem præſcripſit.

Dedit & alias hoc anno literas, feſto D. Michaëlis die ſignatas, Balduinus Epifcopus ad omnia ſuæ diceceſis Collegia, Cœnobita, & Parochias, quibus ſubſidia pro reparanda fabrica Cathedralis Eccleſiæ (ſive jam illa priori incendio deformata, ſive vetuſtate colapſa fuerit) ſollicite efflagitat, inducto ad liberalitatem argumento a patronis Eccleſiæ, cum primisque D. Liborii, innumeris ad eum diem Paderbornæ cœleſtibus beneficiis & miraculis clari; literæ ſic habent.

Subſidia pro reparanda fabrica Eccleſiæ Baſilicæ efflagitat.

Balduinus Dei gratia Epifcopus, Otto Præpoſitus, Fridericus Decanus, & Capitulum Eccleſiæ Paderbornenſis univerſis & ſingulis, Abbatibus, Præpoſitis, Decanis, Capitulis, Eccleſiarum Reſtoribus, ſeu eorum vices gerentibus per civitatem & diceceſin noſtram Paderbornenſem undique conſtitutis, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Glorioſus Deus in ſanctis ſuis ineffabilis ſuæ bonitatis excellentia ſecundum ordinatiſſimam diſpoſitionem temporum peracto in terris incarnationis ſuæ myſterio & paſſionis triumpho apud patrem poſt claritatem aſcenſionis in cœlis Eccleſiam ſuam militantem ſanctorum Apoſtolorum, & cæterorum Doctorem curæ perviligari, ac providentiæ perſpicacia, per ſancti ſpiritus doni irrorationem commiſit provide gubernandam, Cui per fidei incrementa in converſatione ſancta doctrina ipſorum inſtillante, & tanquam inter noctis caliginem aſtorum in perpetuas æternitates radiola emicante claritate, Eccleſiam ipſam variis laboribus & vigiliis, doctrinis, & miraculis multipliciter illuſtrarent, Supra quos glorioſiſſima Dei genitrix, & ſemper Virgo Maria, in cujus nomine, & honore Eccleſia Paderbornenſis fundata exiſtit & conſtructa, ſola poſt filium in cœleſti patria obtinere merito diſcoſcitur gloriæ principatum, quæ in terris poſita Dei filium mundo ex ſe genuit, & in articulo paſſionis & diæ mortis ſui filii diſcipulis abſcedentibus, ipſumque negantibus ſola ſcintillam fidei Catholice in corde ardentem atque conſtanter reſervavit, menteque & corpore, habitu, & actu, & veritate ſacræ fidei præcognitæ non reſceſſit. Adhec in eadem Paderbornenſi Eccleſia ſanctorum patronorum Kyliani, & ſociorum ejus martyrum, atque

atque beatissimi Liborii Confessoris recensentur quotidie, & relucunt merita veneranda, quorum patrociniis in supernis Deo jugiter recommendantur. Et licet demeritis nostris seu culpis exigentibus inter surgentis persecutionis procellas adversitatibus ingruentibus eadem Ecclesia aliquando fluctuare videatur, a finalistamen submersionis periculo, & in spiritualibus, & in temporalibus per eadem sanctorum patronorum merita stabilis & incolunus præservatur. Ut autem de Beatissimi Liborii Confessoris aliis doctrinæ profunditatis, & laborum studiis, vitæque puritate, quibus, dum in hoc detineretur corpusculo, sollicitè intendebat, brevitatis gratia taceamus, quam gratus Deo minister in terris extiterit apud ejus tumbam, qua sancta ejus officula reconduntur, crebris atque quotidianis miraculorum virtutibus declarat. Nam ex longinquis longe lateque diffusis regionibus Deo devoti & fideles populi, qui infirmitatibus oculorum & demium, colicæ, atque calculi internis torsionibus usque ad exitum animæ cruciantur, & aliarum infirmitatum incommodis graviter detinentur, per invocationem ejus adjuti nominis ipsius patrociniis suffragantibus ex virtute divina protinus liberantur, & gratias Deo, ac S. Liborio de percepta sanitate acturi ad Ecclesiam prædictam cum hostiis, hymnis & laudibus frequenter confluent, doloribusque mitigatis, redita sibi sanitate, delatis secum libaminum munusculis se liberatos gloriantur, & publice profitentur, sicut inter alios minus non existit venerabilis quondam Wernberus Archiepiscopus Moguntinensis, scripta authentica, quæ apud nos sunt, declarant. Nam dum idem Archiepiscopus in calculi dolore graviter laboravit, & omnem medicorum sollicitudinem atque scientiam frustra expertus, ad Sarcophagum B. Liborii in confessione nominis Christi omnium penitentis & lacrymis fuisset aliorum productus adjutorio, statim ibidem miraculose sub multorum præsentia fidelium sancti patrociniis totaliter liberatus. Quod vero eadem Ecclesia cum suis ædificiis olim fuit incendio destructa & deformata, & ad hoc deficiant alia necessaria ad conservationem structuræ & fabricæ memoratæ, vobis singulis & universis sub obedientiæ debitæ, & sub ex-

communicationis sententiæ præcipimus & mandamus, ac nihilominus in remissionem vobis injungimus peccatorum, quatenus parochianos vestros in prædicationibus publice, & in confessionibus occulte exhortari fideliter studeatis; quatenus ipsi de bonis sibi a Deo collatis ad structuram prædictam reparandam & conservandam, pro reverentia S. Mariæ V. gloriosæ, Beatorum Kyliani Martyris, & Liborii Confessoris grata caritatis subsidia liberaliter largiantur, ut pro eo, quod cum lacrymis, id est, in statu penitentiae seminant in terris, cum gaudio felicitatis perpetuæ centuplum mereantur recipere in futuro. Insuper præcipimus, ut nuntios & procuratores præsentis negotii honorifice in domibus vestris & Ecclesiis pertractetis, societatem, & comitatum eis de parochia ad parochiam præstando, attendentes, quod his, qui missum honorant, mittentem non ambigant honorare, quia gratiam, seu contumeliam hujusmodi procuratoribus illatam nobis reputabimus esse factam. Dies etiam adventus nunciorum nostrorum, quæ vobis per ipsos nunciata fuerit, festiva & celebris habeatur, & subditi vestri, quod eo tempore, quo dictum negotium peragitur & exponitur, ad Ecclesias fideliter conveniant, devote celebrent, verbum salutis cum reverentia, & quiete suscipiant, per vos diebus festivis præcedentibus de ambone fideliter inducantur. In jucundo etiam adventu eorundem nunciorum in locis interdictis a nobis, vel ab inferioribus iudicibus per eundem diem Ecclesiæ aperiantur, & celebrentur in eorum præsentia, excommunicatis exclusis, divina officia, sicut prius. Volumus etiam ut alia omnia negotia quarumcunque Ecclesiarum vel personarum in suspensio habeantur & a vobis nullatenus exequantur, quousque præsens negotium plene & finaliter erit completum. Ut autem fideles homines nostræ civitatis & diocesis vobis per certas parochias ubique subjecti ad prædictam structuram eo ardentius de bonis temporalibus caritativa subsidia conferre studeant, quo donis spiritualibus, & indulgentiarum gratiis, quasi in quandam recompensam abundantius cumulentur omnes indulgentias benefactoribus Ecclesiæ nostræ a sanctis patribus Romæ Archiepiscopis & Episcopis concessas per ordinem duximus exprimendas. Inprimis

mis Alexander Papa II relaxat benefactoribus Ecclesie nostrae annum & quadraginta dies.

Honorius Papa II annum & XI dies
Gregorius Papa VIII decem dies & unam Carenam

Alexander Papa III LX dies

Alexander Papa IV centum dies & unam Carenam

Gregorius Papa IX. XL dies & unam Carenam.

Alexander Papa III XL dies

Clemens Papa VI X dies & unam Carenam.

Wernberus Archiepiscopus Moguntinensis supradictus XL dies.

Ceterae indulgentiae Archiepiscoporum & aliorum Episcoporum ad CCCC die-

rum numerum se extendunt, praeter indulgentiam superius enarratam. Nos etiam ad praedictam structuram de Omnipotentis Dei misericordia gloriosae Virginis Mariae, beatorum Petri & Pauli Apostolorum, Sanctorum Kiliani Martyris, & Liborii Confessoris meritis & auctoritate confisi XL dierum indulgentiam misericorditer elargimur. Adhaec eisdem benefactoribus fabricae nostrae plenam fraternitatem concedimus omnium bonorum operum, quae in Ecclesia nostra Paderbornensi in vigiliis, missis, & orationibus de aliis bonis operibus perpetuo per suos ministros operari dignabitur clementia Salvatoris. Datum Anno Domini MCCCXLIII in vigilia purificationis B. M. V. gloriosae.

Annus Christi 1344.

Clementis VI. Pont. 3. Ludovici IV. Reg. 31.

Balduini Ep. Pad. 5

Magni interim animorum motus inter Germaniae Principes, postquam anno superiori Legati Caesaris atque ordinum ex Gallis reversi, duras pacis leges a Pontifice praescriptas retulere; quibus non modo Caesar se Imperio exuere iussus, sed multa in has tabulas relata erant, quae communi Imperii juri derogarent. Actum censent Principes non tam de vetusta gentis gloria, quam de libertate totius Germaniae, nisi mature, & collatis in unum consiliis ac viribus occurrerent. Quare ad 17 Septembris Francofurti comitia indicta. Sed prius Septemviri Coloniae congressi, senatus consultum habuere; datumque Wickeri Trevirensis Archiepiscopi Cancellario, viro acris iudicii, negotium, ut de Pontificis decreto Francofurti ad ordines referret. Eo postquam magno numero Principes, interque eos Episcopi, qui principum nomine primi censentur, accessere, Wickerus ea, quae a Pontifice praescripta erant, recognovit, & palam gravi oratione docuit, Imperio publice privatimque perniciose esse. Qua commoti principes, oratores censuere mittendos ad Pontificem, qui ordinum nomine renunciarent, nec Ludovicum Pontificis edicto teneri, nec ordines ea, quae Pontifex imperaret, salva Imperii libertate facere posse, aut velle. Quam in rem post octo dies rursus Rheni ad Rhenum, seu, ut Reb-

dorfus, Bacharaci convenere Principes cum Caesare. Eo & Joannes Rex Bohemiae cum Carolo filio accessit, turbavitque Principum animos & consilia, Caesari offensus ob dissolutum matrimonium Joannis filii cum Carinthia, quam Caesar una cum ducatu Carinthiae filio suo dederat. Offensus Bohemus, cum oblatis pacis conditionibus pacari noller, Avenionem postea ad Pontificem profectus est; sollicitaque pro Carolo filio Imperii corona, longe majores turbas concivit apud Pontificem Caesari infestissimum, facileque Balduinum Trevirensis Archiepiscopus patrum suum traxit in partes. Hac anni hujus comitia fuere, e quibus praesentium Episcoporum & Principum nomina desideramus. Nec ego certum habeo, quinam ex Saxoniae Episcopis accesserint; quamvis Moguntinus Metropolitanus noster Balduinum Episcopum nostrum ceterosque provinciales evocarit, Caesaris causa studiosissimus. Interim Legati missi ad Pontificem, qui ordinum mentem referrent; iis tamen nulla tractandi cum Pontifice facultas facta est, quemadmodum Argentinensis scribit. Rebdorfus Comitem Oetinganum, & Delphinum missos perhibet, qui capita quaedam duriora immutari peterent a Pontifice, libertati Germaniae adversantia.

His turbis cum multum imminuta fluctuaret Caesaris auctoritas, & ille intra

Principes Imperii laborant pro retinenda libertate & stabiliendo Caesare. Argentin. Rebdorf. Naucler. Hist. Boic. Broov. lib. 17 annual. Harvart.

Rex Bohemiae apud Pontificem agit, ut filius suus Carolus in Imperio succedat.

Comes Carolus Archiepiscopus infestus, Chron. B. Chron. C. Leoldus.

Reconciliantur studio Comitum Hollandiae & Cliviae.

Leovoldus.
Chron. M.
Belg.
Cleinfor.
Menda op-
pidum ab
Archiepi-
scopo Col.
munitur; a
Comitibus
vero Mar-
chiae & A-
rensberg.
expugna-
tur.

intra Bavariam se contineret, Saxones suis se imperiis pro arbitrio gerebant; eoque in Westphalia Walramus, Colonienfis Archiepiscopus, Mendam oppidum, per Godefridum Arnsbergæ Comitem ante hac dirutum, portis & mœnibus instauravit, ut ex eo Arnsbergensem infestaret. At Marchiæ Comes Adolphus, rupta, quam cum Archiepiscopo fecerat, pace, Arensbergensi se jungit, & Mendam, irrito tamen insultu, tentat. Pactæ subinde induciæ; quibus perfide mox ruptis, Marcanus & Arnsbergensis Mendam noctu obruunt, & expugnant. Qua sacrilege usi victoria, Oppidum subvertunt, cives & Ecclesiam spoliunt, campanas templi Camenam, fontem baptismatis Unnam, hierothecam cum sacratissimis hostiis Vrondebergam transportant ad templum B. Virgini consecratum, non sine joculari dicto, quo jactitabant, filium oportere esse apud matrem.

At tanto pio magis operi intentus Ludovicus Monasteriensis Episcopus; adem sacram Strombergæ in monte, ubi crebris miraculis affluxuque incolarum prodigiosa crux colebatur, extruxit, absolvitque festo Natalis Virginis die. Structura ædis ex secto lapide elegans, ab utroque latere columnis interfecta, subnixaque. Extant prisci versus, quibus hic annus & dies notatur.

Structura
Sacelli
Stromberg.
absolvitur.

Balduinus Episcopus noster, cum per hæc magna inter vicinos Comites auctoritate dicecesin suam impense curaret, tum Canonicis Buxtorfiani Collegii hortator adjutorque fuit in decimis Hufeni vici ex manibus nobilium Laicorum redimendis, transferendisque ad suam Ecclesiam; idque ex consilio Ottonis Præpositi, & Friderici Decani (quorum alter Comes Benthemensis, alter Ritbergensis erat) se facere testatur in tabulis, hac super re post festum D. Thomæ signatis.

Annus Christi 1345.

Clementis VI. Pont. 4. Ludovici IV. Reg. 32.
Balduini Ep. Pad. 6.

Comes Mar-
canus Ar-
chiep. Col.
infestus.
Chron. Belg.
Cron. Col.
Leovoldus.

Bellum, quod anno superiori inter Archiepiscopum Coloniensem & Adolphum Marcanum Comitem accensum diximus, id altero post anno resuscitavit Marcanus, homo patris avique ingenio turbulentus, vexatorque Episcoporum. Quippe peractis Paschalibus festis, nulla injuria, nullave belli causa lacescit, in Vestam Recklinghusanam, nobilem Archiepiscopi Toparchiam, irrupit; quem magna nobilium turba, ære conducta, ad prædam consecuta est. Occurrere his Archiepiscopi præfecti ac nobiles cum raptu incolarum agmine; & ut in subitariis illis motibus cæca est temeritas, cæsi Colonienfium quam plurimi, captique trecenti in potestatem Marcani venere. Hanc cladem ulturus Walramus Archiepiscopus, contractis totius dicecesis viribus, secundo Rheno armatus descendit; transmissoque ad Rheinoberekan flumine, ad magnam vastitatem & cladem imminabat Marcano. Debellari tum poterat Marcanus, ut auctor Chronici Colonienfis refert; sed Marcani vicem miserati Wilhelmus Comes Hollandiæ & Theodoricus Cliviæ arbitri pacis intervenere;

quæ, Coloniam subinde accedente Joanne Duce Brabantiae, in hanc legem, etsi Archiepiscopo iniquiorem, convenit; uti Marcanus captivos omnes lytro accepto dimitteret. In hoc quoque procerum conventu, ut Cleinforgius ex antiquis literarum monumentis docet, transactum inter Walramum Archiepiscopum, & Balduinum Paderbornensem Episcopum nostrum; unaque Comites Adolphum Marchiæ, Comitem Arnsbergensem & Waldecensem. Quanquam quæ illa controversia Balduini Episcopi nostri ceterorumque Comitum cum Walramo Colonienfi Archiepiscopo fuerit, ex vetustatis memoria nobis interciderit.

Nec multo postquam hæc composita fuere, Wilhelmus Hannonius, Hollandiæ Comes, Zelandiæ Frisiæque Dominus, superstes bello adversus Frisones improspere gesto, 6. Calend. Octobris a Frisiis occiditur, avi fata expertus; infelicior etiam, quod sine prole mascula discesserit. Tres interim filiae superstites, Margaretha Ludovico Cæsari; Philippa Eduardo Angliæ Regi, Maria

Wilhelmus
ultimus
Hollandiæ
Comes, a
Frisiis occi-
ditur.
Argentin.
Beka.

Reconcili-
antur sibi,
studio Co-
mitum Hol-
landiæ &
Cliviæ.

Rex Bohe-
mie apud
Pontificem
agit, ut si-
lius fons
Carolus in
Imperio
succedat.

Maria Wilhelmo Juliacensi Comiti de-
nupta. Hollandia deinde jure primo-
genituræ cessit Cafari; & quia Imperii
simul feudum erat, cum ceteris pro-
vinciis data Ludovico filio. Mansitque
apud Bavaros hæreditas ad annum 1426
quo ad Burgundiones, ab his ad Au-
striacos transit, jam tertium per femi-
nas in aliam familiam translata.

Henricus
Comes Swa-
lenberg, ar-
ceem & op-
pidum
Swalens-
berg, feu-
dum agno-
scit Abba-
tis Corbe-
jenfis.

Sub id anni tempus Henricus Swa-
lenbergensis, postremus stirpis suæ Co-
mes, Abbati Corbejenfi liberum in-
gressum facit in castrum & oppidum
Swalensbergense, tanquam in plenam
aliquando possessionem immittitur; eo
vel imprimis beneficio adductus, quod
utrumque locum feudum Corbeien-
sium agnosceret. Tabulas hujusce rei
veteris juris afferendi causa hic pro-
ferre juvat.

*Henricus Dei gratia Comes de Swa-
lenberg cum consensu hæredum suorum
obligat se Abbati Corbejenfi & Capitulo
Corbejenfi ad dies vitæ utriusque, tam
Comitis quam Abbatis, ad jus aperturæ
urbis & castri Swalensberg quæ nos &
parentes nostri ab Ecclesia Corbeienfi in
feudo tenemus, ac tenuimus, ac tenere
debemus, aut quidquid præterea in aliis
munitionibus possidemus ad juvandum
Abbatem, & Ecclesiam Corbeiensem con-
tra quosvis, exceptis Comite Herman-
no de Everstein, & Comite de Retberg,
si autem nollet, aut non posset arcem
& urbem Swalensbergensem retinere,
aut deberet eas seu vellet vendere, prius
offerret D. Abbati & Corbeienfi Eccle-
siæ pro eodem pretio emendas, quod alii
emptores oblaturi essent, seu offerrent.
Si D. Abbas nollet emere, posset arx &
civitas dicta vendi cuilibet, ita tamen,
ut quisunque emptor cogatur illas in feu-
dum requirere, & tenere ab Ecclesia
Corbeienfi, & aperire eas D. Abbati ad
dies vitæ, si, quod absit, Comes more-
retur sine legitimis hæredibus, tam arx,
quam urbs, & omnia feuda sua ad Ab-
batem, & Ecclesiam revertentur, Om-
nia sine fraude sub sigillo Comitis Anno
MCCCXLV die S. Bonifacii.*

Balduinus
Ep. S. Eu-
charistiam
augustiori
loco jubet
affervari.

At Balduinus Episcopus noster ope-
re honorificentiori pietatem cultumque
Eucharistiæ hoc anno extulit; jam enim,
Bernardo Episcopo, ceperant Cano-
nici majoris Ecclesiæ locum magis ho-

norificum aramque condere ante cho-
rum Basilicæ, in qua Eucharistiæ Sa-
cramentum translatum coleretur, ser-
vareturque pro extremo Canonicorum
& Clericorum suorum viatico. Id opus
pium maturavit Balduinus, approba-
vitque hisce literis, ex quibus & viri
pietas, & priscus mos reponendi Eu-
charistiam sub una specie communstrat-
tur.

*Nos Balduinus Dei gratia Pader-
bornensis Episcopus. Ad universorum
Christi fidelium, tam præsentium quam
futurorum, notitiam cupimus perveni-
re, Qualiter Hostia salutaris pro viati-
co fratrum & Clericorum Ecclesiæ nos-
træ agrotantium, & in extremis labo-
rantium, solita reservari olim in loco
minus decore, & lignea arca, Quod ho-
norabiles viri D. Præpositus, Decanus,
& Capitulum dictæ Ecclesiæ una cum
Reverendo in Christo Patre D. Bernar-
do Prædecessore nostro, & ex ejus con-
silio & instinctu animo revolventes, na-
to in humana carne humili, & in ma-
jestate divinitatis glorioso & sublimi,
honorem in Sacramento visibili impen-
dere & locum habitationis gloriæ ejus or-
nare in decore cupientes, altare novum
in choro Ecclesiæ nostræ versus meridi-
em suis impensis construxerunt & pro
reverentia tanti Sacramenti in eodem
altari cum solemnitate congruente collo-
candi & reservandi, cooperimento, scul-
pturis subtilibus decorarunt. Postmo-
dum honorabilis vir D. Symon de Rit-
berg piæ memoriæ Ecclesiæ nostræ tum
Canonicus, hujus Sacramenti devotione
affectus, capsellam metallinam fenestris
& exedris transparentibus & perspicuis
subtili opere fabricatam, in qua hostia
salutaris in pixide consecrata servaretur,
comparavit. Idem quoque Canonicus
aram perpetuis redditibus dotavit, ex
quibus sacerdos aleretur, & nocturnis
diurnisque horis in Ecclesia sicut ceteri
clerici serviret. Cujus beneficii dona-
tionem penes Decanum nostrum esse vo-
luit. Nos igitur devota desideria D.
Bernardi Episcopi & Capituli, & Sy-
monis de Ritberg Canonici explere cupi-
entes, cum consensu Præpositi, Decani,
& Capituli nostri omnia hæc sincere or-
dinamus, approbamus, & ratificamus.
Datum anno MCCCXLV, Sabbato post
conversionem D. Pauli.*

Annus

Pontifex
Ludovico
abrogatum
periam.
Albertus.
Argens.
Ridors. in
Anal.
Hist. Boic.
Browerus
Nauclerus
Tribem.
Strarius.

Et Henrico
Mogunti-
no Archie-
piscopa-
tum.

Electores
Carolus
Bohemie
Regis fili-
um Impe-
ratorem
creant.

Infelix En-
gelberti Ep-
Leodienfis
contra Leo-
dienes bel-
lum.

Annus Christi 1346.

Clementis VI. Pont. 5. Ludovici IV. Reg. 33. Caroli IV. I.
Balduini Ep. Pad. 7.

Pontifex
Ludovico
subrogatum
perium.
Albertus.
Argent.
Rebdorf. in
Anal.
Hijf. Boie.
Browerus
Naclerus
Tribem.
Strarius.

Annus sequens Germaniæ Fran-
ciæque calamitosus accessit, quo Cle-
mens VI Pontifex, habita ad præfules
concione sacratoris hebdomada feria
quinta, quæ cænæ dominicæ confeca-
ta est, Ludovicum Cæsarem hætenus
sibi invisum Imperii titulis exiit; feri-
prisque ad Electores Imperii literis, aliud
Reipub. caput imponi mandac; id ni
facerent, fore, ut jure suo spolientur.

nec Coloniam intrare ausi, fidam non
minus Ludovico Cæsari urbem. Implo-
ratus sub hæc Joannes Bohemiæ Rex
& Carolus filius ab Engelberto Leodi-
ensi Episcopo, bello, quod adversus
Leodienstes & Hujenses rebelles susce-
perat; ad quod & Comites Montium
& Marchiæ cum magna Westphaliæ
nobilitate convolarant. Belli hujus exi-
tus Episcopo infelix fuit; fæda quippe
clade 19 Julii accepta profligatus est
cum Rege Bohemiæ & Carolo filio, ce-
terisque Westphaliæ & auxiliariorum
copiis. Inde Joannes Rex Bohemiæ &
Carolus filius a Rege Francorum im-
ploratus adversus Eduardum Anglo-
rum Regem, cum ingentibus Bohemo-
rum & Alemannorum copiis in Galli-
am est digressus. Bellum hoc acerbissi-
mum exarsit inter Francum & Anglum,
Franco funestum; commisso enim in-
ter Reges 26 Augusti ad Cresciacum
prælio, victus Francus; cæterique Prin-
cipes undecim, equites 1200, pedi-
tum Francorum triginta millia. Nec
clades facile calamitosior Galliæ fuit.
Tanquam vindex Dei manus inhæ-
ret Galliæ, quæ tot annis schisma ale-
bat in Germania. In ejus prælii con-
fertissimos cuneos cum Joannes Rex Bo-
hemiæ cæcus se duci jussisset, pugna-
retque, confossus interiit: Carolus fili-
us tribus vulneribus saucius evasit.

Argent.
Cuspiniæ.

Et Henrico
Mogunti-
no Archie-
piscopa-
tum.

Sub hæc Henricum Moguntinum
Archiepiscopum, ac Metropolitanum
nostrum, quod Ludovico Cæsari con-
junctissimus hæreret, ac sibi adversatū-
rus crederetur, Pontifex e sede sua de-
jecit, subrogato in ejus locum Gerlaco
Nassovio, Gerhardi Comitum filio, ac
nepote Adolphi Regis, qui ex Decano
Moguntino ad eam dignitatem prove-
ctus. Ea res non modo Moguntinam
Ecclesiam, sed & provincialium Epi-
scoporum animos haud leviter contur-
bavit; quod incerti perplexique hæ-
rent, cujus Metropolitanus partes se-
querentur, hinc Cæsaris inde Pontificis
offensione imminente.

Et Regis
Franciæ
contra An-
glum.

Electores
Carolus
Bohemiæ
Regis fili-
um impe-
ratorem
creant.

Aucta publica calamitas, postquam
ad imperium Pontificis Electores quin-
to Idus Julii ad Renselium supra Con-
fluentiam convenere; eo enim in con-
gressu quinque e septem viris, Wal-
ramus Colonienfis, Balduinus Trevi-
renfis, Gerlacus Moguntinus, Joannes
Rex Bohemiæ, & Rudolphus Dux Sax-
oniæ creavere Carolum Moraviæ Mar-
chionem, Bohemi filium, Regem Ro-
manorum. Colonienfis Archiepisco-
pus octo marcarum millibus, Rudol-
phus Dux Saxonie duobus aureorum
millibus oppugnatus fertur, Regem Bo-
hemiæ amore filii, Teevirensis san-
guinis propinquitate tractum facile quis
crediderit; Nassovius ad id jam intula
donatus erat.

Carolus R.
Bonniæ co-
onatur.

Ab hac infelici pugna Carolus ad
Rhenum rediit; quem tandem Walra-
mus Colonienfis, Balduinus Treviren-
fis, Gerlacus Moguntinus Archiepi-
scopi, Bonniæ 25. Novembris in Basili-
ca SS. Cassii & Florentii solemnī pur-
pura decoratum inunxere Romanorum
Regem. Celebritati huic interfuisse
memorantur ab Argentinensi, præter
complures Imperii proceres, Ludovi-
cus Monasteriensis, Engelbertus Leo-
dientis: præterea Metensis & Virdu-
nensis Episcopi, quibus Carolus regalia
impertiit. Colonienfis ob merita omnia
privilegia amplissime instaurata.

Rebdorf.
Argent.
Frossard.
aliquæ Gall
script.

Infelix En-
gelberti Ep.
Leodienstis
contra Leo-
dientis bel-
lum.

Peracta electione, Carolum, qui
eo post nomine quartus fuit Imperato-
rum, splendidissimo comitatu deduxe-
re Bonnam. Nam quo minus Aquis-
granum inducerent, obtinuit civium fi-
des erga Cæsarem; quam ob causam

Ceteri Saxonie Episcopi, quod ex
ancipiti adhuc eventu novi Regis ele-
ctionem intuerentur, sese extra parti-
um

Ludovici
Ep. Min-
denf. obi-
tus.

um studia continere. Ex Episcopis Westphaliae mors subduxit 6. Augusti Ludovicum Mindensem Episcopum, Ducem Lunenburgicam, post 22 gesti Episcopatus annum. Mortem licet chronicon Mindense in superiorem annum rejiciat, verisimilius tamen Crantzius & Reusnerus ad hunc annum adscribere. Vir fuit per omnem vitam modestus, pacis amans, extra omnem ambitionem tranquillus. Nec tamen extra bellum esse licuit, quod Comes Wunstorfiensis, auxiliis Hojani Comitis & consanguineorum Ducum, intulit. Causam innocentis Episcopi suscepit Deus. Victus captusque Comes cum filio, & cum triumpho Mindam introductus.

Exstructa
ab eo Castra
& Monasteria.

Ad firmandam dicecesin castrum Boculenium exstruxit; id quod Theodoricus Mumehufius praefectus prodidit, transtulique ad Comites Schavenburgicos, perpetuos dicecesis hostes; quales & Hojanos Comites expertus est. Monasteria duo ab eo exstructa dotataque, Eghestorpianum or-

dinis D. Augustini, & Walrodenfe Monialium in Ducatu Lunenburgico, in quo & vitam clausit. Ludovico mortuo, rejectaque Canoniorum electione, Pontifex Gerhardum Comitem Schavenburgicum praefecit Episcopum, auctoritate illa usus, qua Balduinum Ecclesiae nostrae, & Leodiensi Adolphum Marcanum, aliis alios imposuerat. Invaluit enim per id tempus, ut provisu Pontificum Episcopi darentur, tractumque in multos annos, ad obligandos praesulum animos in fidem Pontificis; eaque fuit apud Canonicos Apostolicae sedis veneratio, ut libertati suae, juri-que electionis cedere maluerint, quam refragari Pontifici.

Ludovico,
ex designa-
tione Pon-
tificis, suc-
cedit Ger-
hardus Co-
mes Schaven-
burgi-
cus.

S. Hostia
prope Rol-
lenle Virgi-
num Coes-
nobium
projectae
miraculose
deprehen-
ta.

Disfidebant per id tempus inter se Otto Ritbergensis Comes, & Conradus filius; id cum moleste ferret Godofridus Decanus Colonienfis, filium cum patre reconciliavit; quam in rem & operam suam contulit Fridericus frater, Decanus Paderbornensis Ecclesiae.

Annus Christi 1347.

Clementis VI. Pont. 6. Ludovici IV Reg. 34. & ult.
Caroli IV. 2. Balduini Ep. Pad. 8.

Argentia.
Herwart.
Spondanus
Hist. Boic.
Brewer.
Carolus a
Ludovico
fugatur.

Postquam Ludovicus Caesar amulum Regem Carolum objectum inauguratumque auduit, Bavariae se viribus armavit. Et Carolus ne ad inferiorem Rhenum tutus confisteret, fecere studia Margarethae conjugis; quae, postquam Wilhelmum Ludovici filium Hannoniae Hollandiaeque Dominum praefecisset, animosque procerum sibi demeruisset, Francofurtum ad Caesarem accessit. Carolus Rex in Bohemiam digressus, inde ad conciliandum Austriae Ducem Viennam petiit; ac mox cum exercitu Tyrolensem Comitatum irrupit. Quo cognito, Caesar cum Ludovico filio Marchione Brandeburgensi advolat, Carolumque indecora fuga rejicit in Bohemiam. Tam adversa habuit Carolus regni initia; quippe intra annum tribus expeditionibus infeliciter jactatus.

Ludovici
R. pius ex
haec vita ex-
cessus.

Caesar subinde ad componendas Imperii turbas Spirae comitia indixit; in quibus cum multi proceres, tum una concordia urbes Rheni, Sveviae, Fran-

coniae, caeteraque per Imperium fidem Caesari dixere. Saxonia quasi extra hanc procellam posita haerebat in medio, dum alterius Regis fortuna in majora rerum momenta se inclinaret. At brevi Caesaris mors omnia abrupit; is enim postquam Monachum se receperat, & venatione animum oblectaret, lapsus cum equo paralyti percussus haud multo post, ut Argentinensis refert, V. Idus Octobris animam exhalavit. Penitentem excessisse inter gemitus, & repetita doloris signa, implorando Dei misericordiam & patronae Virginis opem, tradidere Vitus Arenbekius presbyter, Crantzius, aliique, quos Herwartus adducit.

Per id tempus festo S. Severini ex Westphaliae proceribus fatis concessit Adolphus Marchiae Comes, Frondebergam ad majorum tumulos delatus, postquam annos xx Episcopis molestus, Comitatum administrasset. Successit patri Engelbertus III filius. Illustrata hoc anno Westphalia insigni miraculo. Sustu-

Obitus Ad-
dolphi Co-
mitis Mar-
chiae.

Albert.
Argent.
Roderff.
Tribem.
Cospinian.
Brewerius.
Carolus R.
pietas in
Sacrificio
Missae.

Electores
alium Ca-
rolo Re-
gem subro-
gere con-
sueverunt.

Sustulerat prædo nocte ex Rollensi Cœnobio Virginum Cisterciensium, quod uno lapide ab urbe Osnabrugensi conditum est, hierothecam multo auro argentoque exornatam, simulque pixidem eburneam; in qua postquam advertit sacratas hostias contineri, sacrilegus conscientia agitatus projecit in vicinum Cœnobio veperetum, ipse interim cum reliquo spolio profugus se adducit.

At mirum dictu; ubi mane populus templum aditurus transit, visa est pixis tribus graminum infirmisque culmis innixa, tanquam in aère suspensis hæere, circum vero tria accensa lumina insolito fulgore coruscare; quo indicio obstupescit rem deferunt ad Adelheidem Diepholdiam Virginum præsidem, Cœnobiique incolas. Accurritur ad prodigii spectaculum; nec tamen ausus quisquam pixidem attingere; donec Clerus ab Episcopo Osnabrugensi submissus adesset: tum aperta pixide, reperta sunt in ea quinque hostiæ sanguineo colore imbutæ, quas ubi sacerdos contrectavit, rediere hæc in speciem panis, iis vero sumptis ille

post triduum moritur. Servatur adhuc pixis, ut mihi videre licuit, cum Franciscus Wilhelmus Episcopus nobis monstraret, colore sanguineo imbuta. Ab eo tempore quotannis ducta supplicatio ad hunc locum, incredibili hominum multitudine ex remotissimis etiam oris confluenta, quæ in hunc usque diem continuata conspicitur.

Nec minus Stromberga cælesti ope ac miraculis per id tempus celebris, quæ ad S. Crucis venerationem hominumque supplicum accessu patrabantur. Quapropter hoc anno Ludovicus Episcopus Pontificum & Cardinalium indulgentias, additis etiam suis, renovari promulgarique iussit ad pietatem populi fovendam excitandamque.

Balduinus Episcopus cum totus esset in disciplina cleri, & religiosorum moribus excolendis, tum hoc anno Buxtorfianam intra urbem Collegium Canonorum exornavit ædificiis Sacerdotum, circumposito etiam vico ad meliorem formam splendoremque urbis redacto, quod in literis ejus hoc anno datis proditum est.

Annus Christi 1348.

Clementis VI. Pont. 7. Caroli IV. Reg. 3.
Balduini Ep. Pad. 9.

Quæ tranquillitas Imperii morte Ludovici Cæsaris parta credebatur, ea hoc anno quadragesimo octavo in publicum Imperii dissidium versa est. Carolus Rex ut his malis præverteret, Basileam primum concessit, ubi celebrato sine prioris anni Christi natalicio, præclarum pietatis specimen edidit; nam cum divina peragerentur, ipse ad priscorum Cæsarum exemplum fulgenti & sacra veste insignis strictum manu tenens gladium pro Diacono altari astitit, & sacrosanctum Evangelium; *Exiit edictum a Cæsare Augusto*, magna claræque voce pronuntiavit. Inde Moguntiam proventus, ad comitia accessit, magnis, a quibus inauguratus, patronis, Moguntino, Colonienfi, ac cumprimis Trevirensi Archiepiscopo subnixus. Verum cum ceteri Electores Henricus Virneburgicus Moguntinus, Ludovicus Brandenburgicus, Rupertus Palatinus, & Ericus Saxo jus suffragii in creando Imperatore non mi-

nus suum contenderent, ac non sine contemptu se præteritos quererentur apud Principes, consilia iniere de alio Cæsare deligendo. Quo in negotio nemo ferventior, quam Moguntinus Metropolitani noster, a Pontifice exauctoratus; simul ad æmulum suum Gerlacum Nassovium evertendum. Cum igitur circumspicerent, quem tali fastigio imponerent, convenere in Lonstein ex adverso villæ Rensia ad Rhenum loco; elegereque Eduardum Angliæ Regem, Gallicis tum triumphis nobilem, & Germanico nomini, fœderibus, & sanguini innexum. At cum is dignitatem hanc oblatam respueret, seu quod bello Gallico implicatus esset, seu quod Germanorum turbis se miscere refugeret, satis etiam gnarus, quantum a Germanis delusus esset, quæque Richardo Angliæ Regi olim electo inunctoque evenissent, sub initium Julii rursus Kauffi in Bavaria convenere Electores hi, & Friderico Marchioni Misnia Imperi-

S. Hostie prope Rollensi Virginum Cœnobium projectæ miraculose deprehen- tur.

Ludovico, ex designatione Pontificis, successit Gerardus Comes Schwenburgicus.

Cruz Stromberga genti miraculis illustris.

Balduinus Ep. Collegium Buxtorfianam novis ædificiis exornat.

Albert. Argent. Robert. Tribem. Cænsian. Brovverus. Caroli R. pietas in Sacrificio Missæ.

Electores alium Carolo Regem subrogare con- vadunt.

Obitus Adolphi Comitis Marchie.

perium detulere, spem simul facientes ducendæ Ludovici Cæsaris viduæ, quo connubio nullum honorificentius proponi poterat. At Marchio, quod arthridide vexaretur, & in has turbas conjici nollet, spem Imperii oblatam Carolo Regi decem marcarum millibus vendidit. Ita hic annus inter fluctus electionis & Principum consumitur, Carolo per provincias sine honore regio cultuque oberrante, ac Principum atque urbium gratiam sollicitante.

Annus a peste & terra motibus calamitosus.

Hunc in modum cum tota prope Europæ emulatione Principum, flagrantibus odiis, & intestinis bellis inter se diffideret, multumque publica omnium flagitiorum licentia invaluisset; haud leviter Deus offensus, variis calamitatum pœnis castigavit Germaniam. Cœpitque ira numinis conspici 8 Calend. Februarii, quo die ingenti fragore terræ motus urbes & montes concussit. Testis est Argentinenſis, quadraginta arces & oppida non magno terrarum tractu procubuisse; triginta novem ejusmodi ruinas Carinthia spectavit. Alibi fontes sulphurei ebullire e terra, pestifero odore aërem inficiendo. Secuta deinde pestilentia voracissima mortalium, qualem rara ætas experta; quæ postquam Asiam, Ægyptum, & Africam depasta erat, transgressa in Græciam, mox per Italiam, Galliam, Germaniam & Septentrionis regiones grassata est; & alibi certis mensibus, alibi triennio sexennioque etiam deservit, tanta strage, ut plerisque in locis media pars hominum, in multis tertia, alibi decima superstes non manserit. Auctor est D. Antoninus, multa Cœnobita funeribus exhausta, & nullis magis noxium fuisse hoc malum, quam Mendicantium familiis, quæ tum amissis viris doctis, & rigidioris vitæ amantibus, deflexerunt in torporem & disciplinæ religioſe laxitatem. Colonia, Osnabrugi, Paderbornæ, Monasterii vicinisque circum locis lues hæc biennio ab hinc primum invalescere comperta est.

Tesselen. pag. 438. Comitum Montium stirps in Adolpho demortuo extinguitur.

Extinctus hoc anno 3 Nonas Aprilis Adolphus Montium Comes, delatusque ad Monasterium veteris montis, majorumque tumulis additus. Sustulerat quidem binos filios Adolphum & Wilhelmum, sed quia in parentem insurrexerant, captivumque incluserant, jam ante patrem extincti erant, pœna,

quæ hujusmodi impios filios a tergo consequi solet; eoque in numerum Comitum non venere. Igitur hæreditas nobilissima Comitatus, dotis jure, ad Ottonem Ravensbergenſem Comitem translata, cui Margaretha Adolphi filia denupta erat. Occiditque cum Adolpho altera Comitum Montium stirps ex Limburgenſibus deducta, ex quo centum & viginti tres annos Comitatum tenuerant. Ipse & parentes multis bellis clari viri, sed perpetui fere & Episcoporum hostes. Tam cæco & insano studio quaruntur familiarum opes ex patrimonio Ecclesiæ, quæ ex tam brevi temporis usura extinguuntur; perstant interim Episcopatus perpetua præfulum successione nisi, quos hæresis demum nostro ævo extinguere cepit.

Kerſenbr. in m. Catal. Episc. Monast.

Argentin. Tribem.

Electores Guntberum Schwartzburg. cum Imperatores salutate.

Ludovicus Ep. Monast. Lunam oppidum a Comite Marcano repetit.

Morse Adolphi Comitæ animosior Ludovicus Monasterienſium Episcopus, Engelbertum Marcanum aggressus, Lunam Oppidum armis repetiit; quibus Marcanus coactus, Lunam novam transtulit condiditque inter Luppam & Zeticam fluvios, eo loco, quem a Wolmunsteniis olim emerat; inde vetus Luna cis Luppam Monasterienſi Ecclesiæ assera manet. Hæc Kerſenbrochius; fallitur is tamen, quod asserat, ad id Ludovicum Episcopum necessitate adactum, ut e captivitate se liberaret. Quæ enim alia Ludovici captivitas, quam sub initium Episcopatus, ex qua jam dudum solutum diximus.

Gesta Balduini Ep. hoc anno.

Carolus amulam Regem armis persequi statuit.

Multa quoque a Balduino Episcopo nostro hoc anno utiliter gesta. Nam & Wilbacensi Virginum Cœnobio emptionem bonorum confirmat; & litem, quæ inter Prapositum & Decanum ejusque Canonicos de fartis tectis Ecclesiæ suæ conservandis suborta erat, composuit: & statutum Capituli de supplementis Canonicorum approbavit; quibus super rebus publicæ ejus literæ extant sigillis roboratæ. Demum tertiam partem castri Beverungani ad Vifurgim 300 argenti marcis emit ab Henrico Spigelo Praposito Corbeienſi, quem virum ob egregiam industriam & prudentiam Balduinus adiutorem adſcivit, mortuoque Balduino Ecclesia Episcopum delegit; idque ex consensu Abbatis, & Cœnobarum ea lege factum, ut eodem pretio representato, partem castri redimere integrum fit.

Annus

Annus Christi 1349.

Clementis VI. Pont. 8. Caroli IV. Reg. 4.
Balduini Ep. Pad. 10.

Agitabatur per hæc Germania inter flagrantia Principum diffidia. Nam qui Carolo Regi adversabantur, cum nec Angliæ, nec Misniæ Marchionem impetrassent, aspernantes Imperii coronam, 2 Februarii Francofurti convenere Henricus Virneburgicus Moguntinus Archiepiscopus, Ludovicus Marchio Brandenburgicus, Rudolphus Palatinus Heidelbergensis cognomento, & Henricus Dux alter Saxonæ, ac valida equitum pedumque contracta manu, Guntherum Schwartzburgicum Comitem, gente Thuringum, virum consilio, arte, manuque bellica promptissimum, adversus Carolum salutavere Romanorum Regem. Nec ille dignitatem abnuvit, aususque admittere ex Comitum gradu, quod ante se Nassovium fecisse sciebat; admirantibus tum aliis, nec Albertum Austriæ Ducem, nec Ludovicum Brandenburgicum Cæsaris filium, nec Rudolphum Palatinum Baviaræ Duces, ex Cæsarium superiorum sanguine, imperium affectare, quod tam multis venalis instar coronæ offerebatur; sed illi sapienter veriti fuerunt collidi cum Pontifice, a quo jam Carolus solemniter confirmatus erat, ne Ludovici Cæsaris diras procellas in caput suum traherent.

At Carolus Rex postquam didicit, quæ Francofurti adversum se acta essent, collecto ex Trevirensibus, Coloniaensibus, Leodiensibus, Belgis, Bohemis, ceterisque suarum partium populis exercitu, statuit amulo obviam prodire, castrisque in vico Cassel ex adversa Moguntinæ ripa designatis, de summa rei decertare. Non his territus Schwartzburgicus circa eundem locum corpus contrahit, & decursiones equestriam certaminum indicit. At Carolus veritus summam rei in discrimen dare, medio Quadragesimæ Spiram concessit, collatoque cum Balduino Trevirensi & Gerlaco Moguntino Archiepiscopis, ceterisque Principum & urbium Legatis consilio, de Republica deliberat. Schwartzburgicus Fridberga, expugnata, intra munitiora loca se continuit, multum fatigatu-

rus Carolum, nisi ineunte vere in morbo pharmacum sumpisset veneno aspersum, medici an servi fraude incertum. Integrum inde mensē lecto affixus, spem regni non prius deposuit, quam viginti duobus marcarum millibus acceptis, regium nomen Carolo venderet. Extinctum deinde Schwartzburgicum circa Calend Augusti, sexto, postquam se Regem gesserat, mense, Carolus Francofurti in æde D. Bartholomæi honorifico tumulo intulit, ac regnum nemine obistente secure quieretque deinceps tenuit. Tum demum pax Germaniæ reddita; perhibentque Rebdorfius, Levoldus & Beckius, Carolum compositis cum Schwartzburgico rebus, Aquisgranum deductum, iterumque festo D. Jacobi solemniter coronatum, & Caroli M. fedi impositum. Quo in congressu Principum Marchio Juliensis & Brandenburgicus contenderint, uter sceptro gestato Regi assisteret: Carolus ex Principum sententia pronunciavit pro Brandenburgico, quoties tamen Cæsar feuda Imperii largiretur clientibus, eo munere fungeretur Juliensis.

Lætis subinde omnium animis Carolus Spiram ascendit ad Principum comitia, in quibus pax publica una omnium consensione per Germaniam sancita; iustique omnes jure, non armis, lites prosequi. Tum & tota prope modum Germania Pontifici reconciliata, restitutaque sunt sacra Colonia, Aquisgrani, ceterisque in locis, Sola fere Moguntina dicecesis extra hanc felicitatis sortem relicta, decertantibus adhuc inter se Henrico Virneburgico, & Gerlaco Nassovio de Archiepiscopatu; quæ dissensio majori etiam offensione facta est, quod pars cleri & populi Henrico, pars Gerlaco hareret; eo & provinciales Episcopi, quos inter Balduinus noster, incerti perplexique utri se adjungerent, postquam plerique Pontificis auctoritatem secuti Nassovii partes probarent.

Vix dum Imperium respirarat a publicis turbis, cum nova Flagellanti-

F f 2

um

Mortuo
Schwartz-
enburgico
Carolus
quiere res-
gnum pose-
sident.

Archiepiscopus
Rebdorf.
Tribunus.

Electores
Guntherum
Schwartz-
enburgicum
Imperatorem
salutant.

Ludovicus
Ep. Mor-
navi. Lu-
nam oppi-
dum a Co-
mite Mar-
cano repo-
sit.

Gesta Bal-
duini Ep.
hoc anno.

Carolus
amulum
Regem ar-
mis perfe-
qui statuit.

Argentini.
Revdorf.
Levoldus.
Tribemius
in Civon.
Kirjan.
Onorius in
hisl. Eccles.
Wittius in
Chron.
Henricus de
Hervord.
Craniz. in
Wandal.
lib. 8. c. 7. 8.
Ursberg.
Secta Fla-
gellantium
Germani-
am perva-
gata.

um secta Germaniam conturbare visa ceperat illa superiori seculo in Italia, Friderico II Imperatore; per hæc tempora tanquam ab inferis a desertore Monacho, ut Wittius scribit, resuscitata ex Ungaria proserpsit in Germaniam. Opportunitas ex peste, quæ grassabatur, sumpta sectam ipsa peste deteriori specie pietatis parere cepit, quod certa quædam hominum flagitia grassari dicerentur, ad quæ expianda se a Deo excitatos profitebantur, cruce prælata incedebant bini viri. Juxta ac mulieres, habitu penitentium, vultu tristi in terram defixo. Urbem aliquam ingressi, recta petebant templum & cæmeterium. Ibi in orbem circumfusi flagellis sese lacerabant, stabantque in medio tres canora voce lugubre carmen ululando. Verberatione peracta, nunc ad voces magistri sublatis in cœlum oculis ac manibus, nunc supini cubantes in faciem, nunc flexis genibus Deum precabantur. Qua specie pietatis trahebantur in societatem Sacerdotes, nobiles, ignobiles, mulieres ac pueri, &, quos maxime perstringit Clemens Pontifex, Mendicantes Monachi. Postquam hæc secta per superiores Rhæni urbes increverat, penetravit ad inferiorem Rhenum, & per Westphaliam etiam se diffudit. Nam, ut Henricus de Hervordia, per Hassiam serpendo Mindam infecit vesano hoc malo. Demum cum multa superstitione, multisque hæreticorum erroribus infamis esset, Clemens Pontifex per Carolum Regem admonitus edoctusque sectam suppressi, & in fomite extinguendi mandavit; ut vero per saniora & consueta pietatis opera populum ad penitentiam provocaret, annum jubilæo celebrem indixit.

Moritur
Walramus
Archiep.
Colonienf.

Moritur inter hæc 14 Augusti Walramus Colonienfis Archiepiscopus, Parisiis in peregrino solo, incertum qua ex causa in Galliam profectus; cujus corpus Coloniam delatum, & in Basilica haud procul a mausolæo trium Regum honorifice conditum. Præclare is de Ecclesia sua inter multa adversa meritis. Magna inter ipsum & Balduinum Episcopum nostrum, & vicinos Ducatus Westphaliæ amicitia & concordia, alterque alterius auxilio adjutus adversus infestos Westphaliæ Comites. Succesorem habuit Wilhelmum

Dynastam Geneppensem, præfulem, qui in clero Colonienfi excultus, & per gradus dignitatum provectus, Thesaurarium ejus Ecclesiæ agebat; ob prudentiam vero singularem, & spectatam industriam a Walramo intimis semper consiliis admotus, multa laudabiliter gesserat. Qua virtutum commendatione a Pontifice Metropolitanæ huic sedi impositus; offenso licet Carolo Rege, qui pro Decano Olmuensi & Cancellario suo eam dignitatem sollicitarat. Auctor est Argentinensis, Pontificem amplo pecuniæ dono demulsum priusquam Wilhelmus ad Coloniensem sedem admittus fuerit.

Carolus Rex interim cum multis privilegiis Principes, Clerum, urbesque passim exornarat, tum pro regali magnificentia Corbejenfem ad Visurgim Cœnobium complexus, insigni diplomate potestatem fecit Theodorico Abbati creandi constituendique Comites liberos, quos Friegravios dicimus, quorum auctoritate atque opera jus diceret adversus omnes injuriosos homines, a quibus celeberrimum illud Cœnobium hæcenus spoliatum oppressumque erat. Quam in rem simul Theodorico Abbati potestatem dedit instituendi judicium secretum, quale per Westphaliam Episcopus Monasteriensis & Paderbornensis Cæsarum auctoritate habebant; ita enim Rex pro singulari erga Theodoricum Abbatem affectu, quem & Joannes Pater suo favore complexus erat ex Dalwichorum familia ortum: ut ex aliis Corbejenfium literis constat.

Carolus R.
facultatem
dat Abbati
Corbejenfi
constituendi
di Freigravios
& exerceendi
judicium se-
cretum.

Carolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Bohemiæ Rex, Venerabili Theodorico Abbati Corbejenfi, Principi, & devoto nostro dilecto gratiam regiam, & omne bonum. Quia sicut certa relatione didicimus, Monasterium Corbejenfem ex suggestione maligna temporum, personarumque timore Dei postposito, ipsi Monasterio non timuerunt multipliciter devogare in temporalibus, adeo collapsum conspicitur, quod vix aut nullo modo restaurari, & pristinae felicitatis statum restitui valeat absque Majestatis regiae gratia & præsidio speciali. Nos igitur attendentes sinceræ devotionis affectum, quem illustris Joannes Bohemiæ Rex genitor noster Karissimus

rissimus ad se tanquam specialem devotum ipsius dinoscitur gessisse. Qui etiam ad affectionem dignitatis Abbatiae & principatus, qui tibi commissus est, exacta diligentia, & sincero dilectionis studio te promovit, ad honorem beati Viti patroni nostri & tui, ad cuius obsequia natalis soli dulcedo & patriæ Boemicalis dilectio singulariter nos invitat, ut prædictum Monasterium ab huiusmodi incommotis & jacturis commode resurgere valeat, & in talibus oppressionibus respirare gaudenter sub regimine principis gratiosi tuo & ipsius Monasterii felici statui, dignum duximus de regiae Celsitudinis magnificentia gratiosius providendum, Dantes & concedentes tibi & Successoribus tuis in perpetuum Abbatibus & Principibus Monasterii prædicti regia auctoritate Nobis ex sacra regia potestate competente plenam licentiam & omnimodam potestatem Comites liberos, qui vulgari eloquio Freygebding nominantur. Qui ad exterminandas malorum pravitates nominatim & expresse coram Monasterio Corbejensi, ac in villa Horbusen prope Oppidum ----- Twisne, Dorpede, & Westhem prope castrum Blanckename, prope castrum Thonenborch, ac in omnibus terris, castris, oppidis, villis, desertis, & pertinentiis ad prædictum Monasterium Corbejense vel ipsius jurisdictionem spectantibus. In quorum possessione vel quasi pacifica dictum Monasterium esse & hæcenus fuisse dinoscitur, & ad quæ aliquem juris respectum habere censetur, ad vestrum mandatum & beneplacitum sedes suas liberas, quæ freygestolt dicuntur, locare, iudiciis, quæ vulgo frigding & feneding nominari sunt solita, præfidere, ac eadem exercere valeant, juxta vestræ discretionis arbitrium constituti & institutos, quoties vobis opportunum visum fuerit, & pro bono & incolumi statu ipsius Monasterii expediens fore videbitur, revocandi, aliosque substituendi pro vestræ beneplacito voluntatis. Decernentes & edicto perpetuo statuentes, quod tu & Successores tui Abbates Monasterii Corbejensis prædicti sacri Imperii Principes, & devoti adinstar venerabilium Monasteriensis, & Paderbornensis Ecclesiarum antistitem, Principum nostrorum, Scabini iudiciorum Westphaliæ provinciæ amplius fore debeatis, & huiusmodi scabinatus officia exercenda fideliter corporalia jura-

menta præstare. Nec non universa & singula secreta, & occulta ejusdem iudicii scire possitis, & omnibus iuribus & consuetudinibus, gratis & libertatibus potiri & gaudere, quibus prædicti Episcopi, & prædecessores ipsorum, ac cæteri Scabini Westphaliensis provinciæ hæcenus freti sunt, & hodie potiuntur, Mandamus igitur liberis Comitibus, qui vulgo freygreven dicuntur, & Scabinis Westphaliæ provinciæ præsentibus & futuris, quatenus te & universos successores tuos Abbates Corbejenses circa statuendos Comites liberos ipsos quoque Comites in locatione sua & prosecutione iudiciorum huiusmodi ubique in proprietatibus Monasterii non impediunt, Vosque & quemlibet vestrum, qui pro tempore fuerit ad officia scabinatus Westphaliæ provinciæ ad præstanda juramenta solita, ad cognitionem secretorum iudicii & alios scabinatus exercendos juxta præsentis nostræ largitatis indultum admittant, contradictione seu difficultate qualibet non obstante, sub pena proscriptionis & banni Regalis, quem qui secus attemptare præsumpserit, se cognoscat graviter incurrisse. Nobilibus Joanne de Riffenschel Marscalco Westphaliæ, Bertholao de Buren, Joanne de Bylstein, Joanne de Grascamp, Joanne de Padberch, & Godswino de Rodenberch, fidelibus nostris testibus ad præmissa. Præsentium sub nostræ majestatis sigillo testimonio literarum. Datum Bunne anno Domini MCCCXLIX indict. 2da, 7 Calend. Februarii Regnorum nostrorum anno tertio.

Satis hoc diploma simul commonstrat, quinam ex Westphaliæ ac nostræ diocesis proceribus Carolo Regi Bonnæ in conventu Principum præsto fuerint.

Magnifico deinde diplomate Aquisgranensibus omnia Cæsarum privilegia, quæ ad XVII reduxit, Carolus instaurat. Id diploma 8 Calend. Augusti die solemnem coronationis suæ, quo festum D. Jacobi agebatur, consignatum. Testes producuntur Balduinus Trevirensis, Engelbertus Leodiensis Episcopi, Rudolphus & Rupertus Duces Bavaricæ, Comites Palatini, Joannes Dux Brabantie & Henricus filius ejus, Henricus Dux Glackovicæ, Wladislaus Dux Teschbinensis, Willhelmus Marchio Juliacensis,

Ex Bibl. P.
Matritii
MS. tom 9.
Carolus A.
quisgranensibus
priorum
Cæsarum
privilegia
confirmat.

Ri-

Carolus R.
facultatem
dat Abbati
Corbejensi
constituta
di Freigra
vius & ex
erendi ju
diciis se
cretam.

Richardus S. Cornelii Indensis, & Hugo Stabulensis Abbates, Joannes de Catzenelenbogen, Joannes de Falckenberg Comites, Dominus de Bueren, & Radenrode, ceterique Dynastæ, qui tum aulam Cæsaris affectabantur. Nulla in his tabulis mentio Walrami Colonienfis Archiepiscopi, seu is jam in Galliam a Rege missus Legatus ad Pontificem, seu, quod fit, tabulæ hæc omnium præsentium nomina non exhibeant. Et perquam verisimile habeas, Ludovicum Monasteriensem, ceterosque Westphaliæ Episcopos, pacato jam Imperio, ad hanc celebritatem convenisse.

*Pacificans
tur certis
legibus, &
Nobilibus
arbitris,
Abbas Cor-
bejenfis &
Comes Wals-
decanus.*

Haud incelebris hoc anno procerum Westphaliæ conventus fuit in Aprili ante festum Georgii Martyris, quo inter Theodoricum Abbatem Corbejensem, & Ottonem Waldecensem Comitum pacificatio per arbitros nobiles facta est; convenitque inter alia, ut Comes Waldecensis Abbati trecentas marcas penderet ob damna a se & a majoribus Cenobio illata, & vicissim Cenobitæ quotannis sacrum funebre facerent pro majoribus suis. Inter testes hujus pacificationis referuntur quatuor præfules Corbejenfes Henricus Præpositus, qui Balduini Episcopi successör fuit, Camerarius, Portarum cu-

stos, & hospitorum curator: Theodoricus præterea Monasteriensis & Hermannus Mindensis Ecclesiæ Præpositi Comitis fratres, ceterique e nobilitate Westphaliæ. Tantum valuit Caroli Regis auctoritas & studium ubique pacem sollicitantis, quemadmodum Spiræ in comitiis Principum sancitum diximus; tamen non desunt literæ Caroli Regis hoc anno etiam datæ, quibus Ottoni Waldecensium Comiti ob præclara in se merita omne auxilium & patrocinium offerat. Non hic prætermiserim Balduini Episcopi nostri pietatem cultumque erga venerabile corporis Christi Sacramentum. Hic, ut a majoribus acceperat, ita annua supplicatione per urbem ducta, circumlatoque corpore Christi, populi pietatem adorationemque accendit; & quia cum omni clero Canonici quoque Buxtorfiani Collegii supplicationi eo die intererant, petierunt ab Episcopo, liceret sibi pro singulari cultu dominica proxima corpus Christi in sua Ecclesia pari supplicationis ritu circumferre; id quod Balduinus Episcopus non modo probavit, sed & quadraginta dierum noxarum indulgentias præsentibus impertit. Qua super re Balduini tabulæ extant, miro venerationis in Christum amorisque sensu plenæ.

*Balduini
Ep. studi-
um promou-
endi Cul-
tum Vene-
rabilis Sa-
cramenti.*

Annus Christi 1350.

Clementis VI. Pont. 9. Caroli IV. Reg. 5.

Balduini Ep. Pad. II.

*Rebdorf. in
annual.
Argent.
Chron. M.
Belg.
Breviar. in
annual.*

Consequitur annus quinquagesimus supra millesimum trecentimum, quem Clemens Pontifex jubilæo sacra- vit; quo innumerabilis hominum multitudo ex omnibus regnis & provinciis Romam confluit, adeo ut cum sudarium Domini, in quo Veronica sanguinolentam Christi faciem retulit, monstraretur populo, multi compressi in turba exspirarint; sicuti hæc Rebdorfius Romæ spectator & scriptor memorat.

*Carolusims
perii insi-
gnis secum
Pragam des-
portat.*

At Carolus Rex postquam a Ludovico Marchione Brandenburgico Ludovici Cæsaris filio, & Bavarie hæredibus sacra Imperii insignia, sacram videlicet Christi Domini lanceam, S. Crucis partem, ex qua brachium dexterum penderat, clavum Domini, mappam, qua mensa supremæ cenæ instrata fuerat, unaque spinam coronæ Christi,

quam Rex Franciæ donarat, Norimbergæ in conventu procerum accepisset, Pragam secum transportavit. Pro-latis deinde pomeriis, urbem ædificiorum structuris, & nova Basilica D. Wenceslao constructa, florentissima Academia institutione exornavit. I- peratrum deinde a Pontifice, ut per totam Germaniam de lancea, corona, & clavis Christi sexta post octavam Paschæ feria celebris memoriæ dies ageretur. At vero cum Norimbergenfes harum reliquiarum possessionem sibi in hunc usque diem vendicent, argumen- to est, vel partem harum a Carolo de- tractam, vel quæ Cæsarei juris sint, pos- tea reddita esse. Sed longe illustrius regni ejus ornamentum Carolo debet Praga, cujus studio Clemens Pontifex adductus Pragensem Ecclesiam a Metro- poli nostra Moguntina sejungit, & Ar-
chie-

*Quam no-
va Aca-
demia exor-
nat.*

*Et a Ma-
guntina
Ecclesia
per Clemen-
tem Pont.
sejungit.*

*Pellis per
varia West-
phaliæ loca
sevit, &
multa ho-
minum mil-
ia abstulit.*

*Chron.
Mogunt.*

*Chron.
Saxen.
Dresser.*

*Colatin.
n. 6. c. 69.*

*Histor.
Brem. in
Godofrido.*

chiepiscopi dignitate decoravit: Subj-
Etique Pragensi Ecclesie Misnensis, Ol-
mucensis, & Litomislenfis Episcopatus.

Pallis per
varia West-
phaliae loca
savit, &
multa ho-
minum mil-
lia abstulit

De cetero annum hunc a bello va-
cuum habuit Carolus; tot enim fune-
ribus pestis, Germaniam cum primis
inferiorem Saxoniamque, exhaustit, ut
& Marti miles, & militi anima subtra-
cta fuerit. Nam quae una omnium no-
stratum scriptorum consensio est, tam
dire saevit, ut plerisque in locis ne cen-
tesima quidem pars hominum superfue-
rit; eoque pestilentiam hanc tam fune-
stam notant, qualis ab omnibus retro
saeculis nulla factorum memoria excepta
Tilmannus Planfchius inquit, Coloniae
& Aquisgrani, cum humandorum cor-
porum non esset in caemeteriis spatium,
ingentes fossas apertas fuisse, in qua ca-
davera conjicerentur. Monasterii West-
phaliae supra 11000 millia hominum
extincta narrat vetus chronici scriptor.
Osnabrugi populosa in urbe vix sex
septemve conjuges relictos perhibet
Ertmannus. Quare ad placandum Nu-
men feria V. ante Pentecosten istic sup-
plicatio instituta, quae inde ad alterius
subsecuta religionis tempora frequen-
tata. Idem per Magdenburgum & per
Saxoniam factum esse ad placandum
Deum tradit vetus Chronicon Saxoniae.
Hammonae vix decem familiae servatae.
Eadem per Marchiam, & totius Westpha-
liae Oppida pagosque strages funerum.
Paderbornae congesta mortuorum ca-
davera plenis agrestium plaustris inve-
cta in caemeterium, & in lacunas pro-
jecta; multique palpitantes adhuc in
illa funerum confusione ad sepulchra
rapti; sicuti haec Gobelinus noster ex
viva hominum memoria retulit, quip-
pe qui octennio abhinc se natum scribit:
additque singulis fere septenniis ab hoc
anno pestem per Westphaliae urbes in-
vasisse. Bremae quotidie supra ducen-
tos homines elati ad sepulchra, stabant-
que urbis portae sine excubitoribus
apertae. Auctor chronici Sclavici Lu-
beca novem hominum millia intra bre-
ve tempus extincta memorat, quo ma-
lo passim per Saxoniam adeo grassatum,
ut filii fugerent parentum cadavera, nec
essent, qui obsequium funeri praesta-
rent. Longum per annales ceterorum
locorum ire. Mali origo cum ex natu-
ralibus, tum a Judaeis requisita, quo-
rum perfidia fontes infecti credebantur.

Quare Coloniae, Tremoniae, atque in
aliis passim Germaniae urbibus per fu-
rorem populi, ad supplicia postulati,
& internecone prope deleti fuerunt;
bonisque eorum in Fiscum redactis,
tanta fuit superstium Judaeorum ex hac
laniena desperatio, ut multi incensis
aedibus sibi cum conjugibus & liberis
rogum quaerere voluntarium. Inha-
bat Marcanus Comes spoliis Judaeorum,
quos Tremoniae cives neci dederant,
sed ea spe frustratus, iram vertit in cives.

Levoldis.
Chr. Colon.

Florentissimum hac tempestate Cae-
nobium Campi-Mariae viris religiosis,
& omni scientiarum genere excultis;
obtigitque in hanc felicitatem Nicolaus
Abbas, praesul pietate & religione egre-
gius, ortus ex antiqua & senatoria Mo-
nasteriensis urbis familia, a quo ut in
Caenobio illo receptum erat, Monachi
praestantioris ingenii mittebantur in Gal-
lias ad omnia disciplinarum studia exco-
lenda. Quare religiosae sanctiorisque
vitae desiderio multi celebres in clero
viri & sacerdotes sese Deo inter Mona-
chos consecraverunt; quos inter ex fastis
eorum memorantur Lubertus de
Wend, ex equestri Wentiorum familia
Canonicus Osnabrugensis, Hermannus
Scholasticus, Arnoldus Cantor Osnab-
rugensis, Hermannus & Bernardus
Canonici ad S. Martinum, Liborius Ca-
nonicus Sufatensis, Henricus Decanus
Angariensis, Bernardus Canonicus &
judeus Ecclesiasticus Mindensis, alique
spectabiles ex Collegiis viri. Accessit
ad hunc numerum Henricus Korff ex
equestri ordine Dynasta, structor-
que arcis Harcortanae. Is haereditate in-
ter filios Henricum & Everhardum par-
tita, ut quondam fecerat Bernardus de
Lippia Comes, Monachi vitam istic am-
plexus, tam severo cultu, ut piscibus
& leguminibus contentus, nunquam
carnibus vesci sit visus, & ferrea cate-
na ad corpus adstricta quotidie noxas
expiare. Vir praeterea in hospites be-
nignus, liberalis in egenos, assiduus in
aerorum servitio, atque omni virtu-
tum aspectu religiosissimus. Quem non
sine fama sanctitatis tumultus istic inter
Monachos etiam excepit. In hunc mo-
dum viri sapientes ex bellicis turbis, &
pestilentiae grassantis malo, sese in Cae-
nobium tanquam in securiorem salutis
portum receperunt.

Florens Cae-
nobii Ma-
riensfelden-
sis status.

Cron.
Monaj.

Cron.
Inscr.
Dresser.

Gobelin.
n. 6. c. 69.

Hist.
Brem. in
Godefrido.

At

Histor.
Brem. in
Godfrido.
Crantz. l. 9.
Metrop.
c. 39.
Godfridus
Ep. Osnabr.
auctoritate
Pontificis,
imponitur
sedi Bre-
menli.

At postquam anno superiori mors extulit Ottonem Oldenburgicum Comitem, Archiepiscopum Bremensem, non sine turbamento in duobus Westphaliæ Episcopatibus mutatio consecuta est. In locum Ottonis Archiepiscopi sublegere Canonici Mauritium Decanum suum, Comitem Oldenburgicum, Ottonis Patrum. Verum Clemens Pontifex sollicitatus a consanguineis Godfridi Osnabrugensis Episcopi, Arnsbergensis Comitis, Godfridum ex sua Ecclesia transtulit Bremam. Is postquam cum Apostolicæ sedis literis Episcopatum intravit, benigne exceptus est a Bremensis urbis & Stadenſis Oppidi Magistratu ac civibus, indignante Mauritio & Canonicis, liberam suam electionem interturbari; quibus cum ordo equeſtris & beneficiarii se conjungerent, ortum est intestinum & grave bellum, in multos annos protractum.

Errwin. in
Chron.
Osnabrug.
Episcopa-
tum Osnab-
brug. re-
spuit Lu-
bertus a
Wend. e
Canonico
Monachus
Cistercien-
ſis.

Quem sus-
cepit justu
Pontificis
Joannes ab
Hoet,
Doctor Ca-
nonum.

Osnabrugenses Canonici post Godfridum Episcopum Bremam evocatum, reperiere Lubertum a Wend. e Cœnobio Campi Mariæ Monachum, quem ex Canonico suæ Ecclesiæ ad id vitæ institutum transgressum diximus, suisque suffragiis Episcopum dixere, sed ille religiosæ vitæ amantior constanter dignitatem respuit. Quo ad Pontificem relato, Clemens VI pro Apostolica auctoritate Osnabrugensibus dedit Episcopum Joannem ab Hoet Canonum Doctorem, virum scientem, & pacis artibus, quam nobilitate generis, civiliumque rerum tractatione clariorum. Ac licet a Carolo Rege regalibus donatus, & diplomate aureis literis insigni, diœcesin intravit, receptusque benigne ob Regis & Pontificis auctoritatem a clero & populo, sacraque ex pontificali munere præclare administraret; minime tamen gratus fuit, explevitque auctoritatem Principis: seu quod obscuriori loco natus, seu quod a Pontifice invitis Canonicis & nobilibus impositus fuerit. Hinc primum collisus cum Capitulo, deinde cum nobilibus, eoque redactus fuit, ut castra prope omnia, ipsamque Iburgensem arcem Episcopi sedem Comiti Teclenburgico oppignorare necesse habuerit. Neque his malis remedium fuit, priusquam Theodoricum Engelberti Comitis Marcani fratrem Adjutorem Episcopatus fumeret, quo nobilitatis humero diceſis rursus erigi cœpit.

Feliciori per id tempus cursu, ac Principis auctoritate, Balduinus Episcopus noster administrabat diœcesin nostram; adjecitque hoc anno ad patrimonium Ecclesiæ Paderbornensis magnam partem Comitatus Swalenbergensis, empti a duabus viduis Burchardi & Henrici defunctorum Comitum Swalenbergensium. Id cum posteritatis memoriæ jurisque Ecclesiæ nostræ interſit, operæ pretium duximus ipsas venditionis literas ex patrio idiomate verſas integra fide reddere, harum primæ sic habent.

Balduinus
partem Co-
mitatus
Swalenb.
Ecclesiæ
suz adjun-
git.

Ego Agnes vidua Borchardi quondam Comitis de Swalenbergh, profiteor, & hisce literis publice attestor, quod Reverendo Patri ac D. Baldewino Episcopo Paderbornensi legitime vendiderim & vi harum literarum transcripserim omne jus, quod mihi competit in Dynastia Swalenbergensi, quodque mihi obvenit ex parte prædicti mariti mei Borchardi quondam Comitis in Swalenberg, videlicet mille sexcentas marcas, pro quibus Dominus de Lippia oppignoravit partem suam caſtri & oppidi Swalenbergensis. Item Stoppelbergam cum omnibus ad eam spectantibus, quemadmodum illam maritus quondam meus a Gumbero Comite comparatam possedit. Hujus venditionis evictionem emptori præstabo, ubicunque necesse fuerit. In præmissorum testimonium sigillum meum literis hisce appendi; atque insuper rogavi nobilem virum domicellum de Büren cognatum meum, ut suum quoque sigillum hisce appenderet. Et ego Joannes de Büren profiteor, quod rogatu prædictæ Agnetis viduæ Borchardi quondam Comitis de Swalenbergh cognatæ meæ appenderim hisce literis scriptis anno 1350 in vigilia Paschatis.

Alteræ tabulæ, quibus altera pars comitatus Swalenbergensis Ecclesiæ Paderbornensi est vendita, ex communi quoque idiomate translata.

Nos Mechtildis Henrici quondam Comitis de Swalenberg, cui Deus sit propitius, uxor legitima fatemur, & publice protestamur præsentium tenore, quod nos tanquam legitima tutrix filiæ nostræ Juttae, ejusque nomine cum consilio & consensu fratrum nostrorum D. Conradi Comitis de Retbergh & D. Ottonis

tonis Canonici Cathedralis Ecclesie Paderbornensis integrum Comitatum Swalenbergensem, ejusque castra, terras & jurisdictiones cum omnibus attinentibus, sicut hæc omnia Henricus quondam Comes prædictæ filie suæ Jutta hæreditarie reliquit, vendiderimus Rdo Patri & Domino Baldewino Episcopo Paderbornensi, Præposito, Decano, totique Capitulo Ecclesie Paderbornensis pro quadringentis marcis legalium denariorum Paderbornensium. Adhæc renunciavimus prædictæ dynastie Swalenbergensi, manuque & ore filie nostræ Juttæ nomine iisdem legitime resignavimus.

Nos etiam Conradus Comes, & Otto Canonicus prædicti promittimus fideliter & unanimiter præfatis Reverendis Dominis, quod soror nostra Mechtildis nomine filie suæ Juttæ hanc renunciationem & resignationem reiterabit coram Dominis, a quibus Dynastia Swalenbergensis titulo feudi dependet, quandocunque Episcopus, ejusve successores, aut Capitulum Paderbornense hoc ipsam postularint. Præterea quando Jutta sororis nostræ prædictæ filia ad naturam ætatem pervenerit obstricta erit supradictam resignationem ac renunciationem facere coram Dominis, a quibus Comitatus prædictus feudi nomine descendit, idque ore & manu, in favorem Reverendorum Dominorum & Capituli Paderbornensis, quando Jutta prædictæ ad hoc ab iis requisita fuerit. In prædictorum omnium fidem ac testimonium nos Domina Mechtildis, Conradus Comes, & Canonicus Otto prædicti sigilla nostra his literis appendi fecimus, quæ scriptæ sunt anno ab incarnatione Domini MCCCCL.

His accedunt aliæ Balduini Episcopi tabulæ post festum D. Matthiæ consignatæ, quibus Episcopus jurato promittit Theodorico Corbejensi Abbati, & Henrico Swalenbergensi Comiti Henrici Comitis filio se omnia sancte præstiturum servaturumque, quæ inter se, & Comitem convenerint de Comitatu Swalenbergensi jam diu ab Henrico Comite, ut supra retulimus, de castro & oppido Swalenbergensi ex voluntate Corbejensis Abbatis, cujus illa feudum erant, vendendo, quæ hoc anno transacta sunt post obitum Comitis a viduis; quanquam in harum literis nulla de Henrico Comite Henrici filio

(seu is jam satis concesserit per commune pestis malum abreptus, seu ad Clerum, aliamve sacram familiam transferret) mentio fiat.

Swalenbergensi Comitatu cohæret Oldenburgensis, vetus a tempore Caroli M. comitatus; sed ut tum se habebant, angustioribus Comitum terminis & jurisdictione instricti Comitatus, post in Dynastias aliqui etiam commutati ita & hic Oldenburgensis, Balduini Episcopi ævo; quod nullum Oldenburgensem Comitem reperiam in vetustioribus literis. Quanquam qui in literis Marienfeldensibus inter fundatores cum Comite Swalenbergensi conjungitur Comes de Waldenburg, hunc Oldenburgensem fuisse suspicio est. Castrum in ea vetus & præmunitum in fastigio montis haud procul a Monasterio Mariæ, sicuti etiamnum ex murorum & turrium ruderibus conspicitur. Hujus castri partem mediam cum omnibus juribus ac proventibus, die Valerino M. consecrato, Conradus nobilis de Schonenberg, acceptis trecentis marcis denariorum Paderbornensium, Balduino Episcopo nostro pignori opposuit. Tabulæ hæc testibus Ravenone de Canstein, Arnaldo de Portenhagen, & Henrico Spigelio militibus equestri ordinis a Balduino Episcopo & Schonenbergio consignatæ.

Subinde viii Calend. Junii alia inter Episcopum & Conradum Dynastiam transactio facta est super eodem castro, qua tota hæc Venditio castri jure tum castrensi, legibusque receptis stabilitur, transferturque possessio castri ad Episcopum & Capitulum eorumque Successores.

Reperio & alias tabulas Conradi de Schonebergh militis hujus, festo decollationis S. Joannis Baptistæ hoc anno datas, quibus octavam partem castri Swalenbergensis precariamque in oppidum, acceptis a Balduino Episcopo nostro centum marcis argenti, vendit, jure suo in Episcopum & Capitulum transfuso.

Hunc in modum Balduinus Episcopus noster inter pacis studia cum vicinis dicecesin castris, acquisitisque bonorum possessionibus, feliciter, quam alii armorum usu, locupletavit: pede simul in castro Oldenburgico posito, totum exinde castrum cum Dynastia ad patrimonium Ecclesie nostræ accessit.

G g

Annus

Dynastia
Oldenburg
Balduino
Ep. oppis
gnoratur.

Annus Christi 1351.

Clementis VI. Pont. 10. Caroli IV. Reg. 6.

Balduini Ep. Pad. 12.

Tribem. in Chron. Argentin. Crantz. Chron. Col. Carolus Principes novis ad Rhenum teloniis donat, quæ tam cogitur recipere

Sextus interea Caroli IV. Regis annus affluerat, sæculi quinquagesimus primus, pace per Imperium publica non minus, quam vini omniumque frumentorum ubertate fertilissimus; eo Carolus Rex, ut Principes, quorum studio atque opera ad Imperium pervenerat, sibi arctius devinceret, multis eos ad Rhenum teloniis, quæ antiquis addiderat, largiter donavit. Id cum magno Reipub. onere, ac detrimento commerciorum fieret; Argentineses, & aliæ quædam urbes indignatæ, Rhenum catenis defixisque in altum palis obstruxere, ne qua navis commeare posset. Rex cum ceterarum in se odia urbium accendi intelligeret, relictis veteribus, nova abrogavit. Pestis interim, quod Crantzius, aliique referunt, non destitit grassari per Saxoniam. Quare Episcopi per Saxoniam publicas preces & supplicationes ad placandum numen instituerunt.

Histor. Bremens. Crantz. l. 9 Metrop. c. 40. Hammelsman. Bellum inter Electum a Clero, & constitutum a Pontifice Archiep. Bremensem feliciter componitur.

Bellum interim, quod anno superiori affectum diximus inter Marcanum, Comitem Oldenburgicum, electumque Bremensem Archiepiscopum, & Bremenses cives, qui acerrime Godefridi Arnsbergensis Comitis a Pontifice constituti Archiepiscopi partes tuebantur, hoc anno in publicam flammam erupit. Quippe Mauritius subnixus primum favore Canonicorum, & conspiratione nobilium clientumque Bremensis diocesis, auxiliares præterea copias contraxit, a Westphaliæ Comitibus & consanguineis submissas; quos inter numeratur Conradus Comes Oldenburgicus Mauriti patruus, Engelbertus Comes de Marca, Otto de Lune, Henricus de Ifendorp, Martinus de Hude Dynasta Steinfurdensis, quibus & Balduinus Episcopus noster ex eadem Steinfurdensium familia cum valida nobilium manu accessit. Horum viribus confirmatus Mauritius, ad urbem Bremensem movit cum exercitu, cives subacturus. Jamque non procul a conspectu urbis aberat, cum per exploratores cognoscit urbis portas apertas pa-

tere, & domos ubique fere in plateis clausas conspici; adeo enim per id tempus pestis, quæ tum grassabatur, urbem funeribus exhauferat. Quo cognito, Mauritius urbem intrare reculavit, palam contestatus: *Nolle se afflictis addere afflictionem*, nec commissurum, ut ea mala flagitiaque patrentur, quæ in ejusmodi urbium occupationibus licentiæ militum exponuntur. Digna præfule vox? ita miles omnis ab urbe reductus, & cives, quorum ingenia sæpe beneficiis magis quam armis vincuntur, contente apud Magistratum egere de concordia inter utramque præfulem inetunda, quæ haud multo post in hanc legem convenit, ut diocesis administratio penes Mauritium, Archiepiscopi dignitas supremusque dominatus penes Godefridum esset.

At Wilhelmus Colonienfis Archiepiscopus, postquam a Pontifice coram probatus, & a Carolo regalibus exornatus erat, Cleri Synodum Coloniae habuit, in qua præter alia salutaria decreta, id quod superiores Archiepiscopi tories perstrinxerant, Clericis suis vestium luxum detraxit. Nec multo post mense Junio congressus cum Balduino Trevirensi Archiepiscopo, Wilhelmi Juliaci Marchionis causam uterque suscepit, Marchionemque, quem Gerhardus & Wilhelmus filius jam biennio captivum in carcerem compegerat, filiis reconciliatum libertati reddere. Haud dissimili pietatis studio Balduinus Episcopus noster controversiam, quæ inter Canonicos Huxariensis Collegii, & Rectorem ædis B. V. ad Visurgis litus exarserat, pro pontificali auctoritate in loco Paderbornensi, & jurisdictione, quam eo in oppido Paderbornenses Episcopi antiquo jure obtinent, interpellatus composuit; nihilque sollicitius habuit, quam ut omni Cleri populique offensione sublata, quam ordinatissime sacra administrarentur. Quod negotium tum sibi, cum pro more diocesin perlustraret, ante omnia commendatissimum habuit.

Archiep. Colon. suadum in re formando Clero.

Balduinus Ep. composuit controversiam inter Canonicos Huxarienses & Rectorem ædis B. V. ad Visurgis exortam.

ANNUS

Clementi VI defuncto succedit Innocentius VI. Reiderf. in Annal. Spondanus. Tribem. Odoricus. Argentin. Reiderf.

Leovildus Georg. Brann. Dithema. Comitis Marcani cum Arnsbergensi Con. & Tremoniensibus bellum.

Argentini. Reiderf. in Annal. Tribem. in Chron.

Annus Christi 1352.

Clementis VI. Pont. 11. Caroli IV. Reg. 7. Balduini Ep. Pad. 13.

Clementi VI defuncto succedit Innocentius VI. Rehdorf. in Annal. Spondanus. Tritheim. Oedericus. Argentin. Rehdorf.

Sustulit annus insequens Clementem VI Pontificem, postquam anno superiori, rogatu Regis Franciæ, XII Cardinales Franciæ nationis creasset. Clementi subrogatus Innocentius VI & ipse Franciæ nationis, ex Episcopo Ostiensi & Cardinali ad folium supremum provectus; adeo Apostolicæ sedis revocandæ Romam tum nondum consilia fuere. Interim Innocentius homo præca, severæque disciplinæ multa laudabiliter per decennium gessit.

ac prope erat, ut ex infidiis urbem interciperet; quippe milites noctu ad cancellos, per quos aquæ urbis emittebantur, collocati a Marcano muros perfoderant, orto die plenis copiis ingressuri; cum detecta fraude, excubitor signum ære dat, quo exciti cives ad arma provolant, hostemque cum clade a mœnibus submovent. His interim malis adacti Tremoniensis, cum ab Arnsbergensi nihil subsidii se ostenderet, pristinum fœdus cum Marcano renovant.

Carolus Rex noster hoc anno in Bohemia se continuit, regni negotiis, & Pragæ exornandæ studiis occupatus: nec lævi simul metu perterritus ob Lituaniæ Regem, qui cum ingenti Russorum & Tartarorum multitudine in Poloniam irruerat, Cracoviæ excidium, & Christianis supremum exitium minitendo. Retudit barbaros Deus Polonorum armis, ne in vicinas regiones penetrarent.

Egregius ea tempestate Præsul Wilhelmus Colonienfis obtigerat Archiepiscopus. Quam procul ille sagum militare habuit, tam sollicitè pacem amicitiamque cum vicinis Principibus quæsit, Balduino etiam Episcopo nostro, quem ejusdem secum indolis sortitus Episcopum, conjunctissimus; cui hoc anno etiam VI Augusti jurisdictionem civilem urbis Hervordenfis, acceptis quadraginta marcis aureis Sufatensis pretii, vendidit, ut jam utramque jurisdictionem Hervordenfis civitatis sibi Paderbornensis Ecclesia vendicaret. Contra Balduinus Episcopus noster mediam partem castri Kruckenbergii Oppidique Helmwardeshufani, uti hæc duo oppignorata tenebat a Colonienfi Archiepiscopo; rursum Abbati Helmwardeshufano & Cœnobio pro quingentis & nonaginta marcis argenti opponit pignori; ea tamen lege, ut si hoc pretium rependar Colonienfis Archiepiscopus, castri Oppidique pars redeat ad Colonienfes: uti hæc prolixis tabulis multisque conditionibus ex consensu Præpositi & Collegii Cathedralis consignata sunt.

Balduinus ab Archiep. Colon. emit jurisdictionem civilem civitatis Hervordenfis.

Ceterum per Imperium passim armorum quies; præterquam, quod Alberto Austria Duci bellum esset cum Tigurinis; & Westphaliæ duorum Comitum, Engelberti Marcani, & Godofridi Arensbergensis, acri bello commissa; id postquam ad pugnam exarsit, fufus Arnsbergensis, coactusque victori Marcano pro captivis redimendis toparchiam Vredeburgicam cedere.

Leoldus Gorg. Braun. Tychema. Comit. Marcani cum Arnsbergensi Con. & Tremonienfis bellum.

Bello huic nulli se Episcopi miscuerunt: at Tremoniensis, quod cum Arnsbergensi armorum societatem inierant, iram Marcani in se traxere. Is cum victore milite circumfusus, cives tanquam feras cavea diu inclusos tenuit,

Annus Christi 1353.

Innocentii VI. Pont. 1. Caroli IV. Reg. 8. Balduini Ep. Pad. 14

Argentin. Rehdorf. in Annal. Tritheim. in Chron.

At Carolus Rex postquam in Bohemiæ Regno sua omnia sapientissime composuerat, omniumque ordinum fidem atque animos sibi devinxerat, ad res Imperii ordinandas se accinxit, diverso a Joanne Patre ac Rege Bohemiæ inge-

nio; nam ut illum bellicis, quam civilibus rebus tractandis magis præstantiorum tradit Dubravius: ita Carolus alienior a bellis, ac Princeps omni literarum linguarumque artibus excultus, Imperium sapientia, infusa mentis bonitate,

Chron. M. Belg. Caroli industria in Imperio administrando.

G g 2

nitate, tranquillitate, maturisque consiliis moderandum suscepit. Igitur mense Septembri, in superiorem Germaniam, quam turbatam reperit, magno splendore & comitatu procerum digressus, Ulmæ omnes Alsatia ac Suevia civitates in foedus pacis conjunxit; ideo Basileam, Brisacum, Hagendam, Argentinam, ceterasque urbes inivit jura populis priscorum Cæsarum more dicendo. Inde Spiram descendit ad Reipubl. controversias componendas. Nihilque tum magis conturbabat Rhenum, quam flagrans in octavum annum diffiduum inter Henricum Virneburgicum exautoratum Archiepiscopum, & Gerlacum Nassovium a Pontifice impositum. Virneburgicus, ope manuque Cunonis Falckensteinii Canonici, hominis familiae opibus potentis, & militaris ingenii, retinebat plerasque in Thuringia & Hassia dicecelsis civitates, castra, & possessiones. Quare Falckensteinius, Spiram a Carolo Rege postulat, stitit se quidem, sed tanta audacia & pertinacia, tanquam qui omnium Alemannorum animos secum ferret in iudicium; & cum multa illi obicerentur; respondit se nondum super his deliberasse. Quapropter Rex Moguntia Principum comitia indixit, ad quæ Balduinus Trevirensis, & Wilhelmus Colonienfis, Gerlacus Moguntinus Archiepiscopi accessere, & cum his multi Episcopi & Principes ac proceres Imperii convenire. Coepit Comitia ante Natalem Christi diem, quem tres Archiepiscopi sacris celebrem fecere; nocte enim sacratissima Balduinus Trevirensis, sub auroram Gerlacus Moguntinus, orto die Wilhelmus Colonienfis, Archiepiscopi solemne sacrificium peregere. Omnibus sacris interfuit Rex, sacrosancto etiam corpore Christi in ipsa nocte a Balduino Trevirensi Archiepiscopo refectus.

Inter hæc in pervigilio Natalis Christi excessit Henricus Moguntinus Archiepiscopus, ex paralyti solutus in mortem, quo omnis simul dissenso, curæque Regis & Principum abruptæ. Nam & Gerlacus ex Regis & Principum sententia in plenam ejus Ecclesie possessionem venit, & Cuno Falckensteinius reconciliatus Gerlaco Archiepiscopo, ei inter familiarissimos fuit, ac post etiam Trevirensis Archiepiscopus

delectus. Tanta in homine illo, qui tot annos divexarat Moguntinam Ecclesiam, morum commutatio fuit, postquam ad sanio rem mentem rediit, & oblati honoribus, præcellsum ingenium virtuti dedit occupandum.

Sed longe pulchrius religionis omnisque virtutis exemplum Wilhelmus Colonienfis Archiepiscopus; in quem omnes Westphaliae Episcopi tanquam in formam cleri conjiciebant oculos. Is priusquam ad comitia iret, duas Cleri sui synodos congregavit: alteram Bonnae verni jejunii tempore, qua iussi sunt Clerici & religiosi, qui flagellantium secta se miscuerant, intra xv dies sistere se Archiepiscopo suo ad satisfactionem præstandam. Altera postridie Calend. Octobris convocata, sancitumque in ea, ne Clerici sine corona in vertice capitis rasa incederent, ne vestes colore viridi, rubro, glauco, aliove indecoro, aut sectas gestarent; ne proluxas barbas alerent; ne hastiludiis se miscerent, aut cauponariam tractarent. Indignum, inquit, eos, qui de Patrimonio Christi vivunt, dedignari insignia Christi portare, Quare nullum Clericum passus est sine sacro indumento sacris interesse; qua lege ipsos etiam æditus comprehendendi voluit. Mula hujusmodi, quæ per bella, ut fit, irrepserant, latis legibus præclare emendavit.

Engelbertus etiam Marchia Comites, qui hæcenus Episcopos & Ecclesiam spoliis & armis vexarat, delictorum poenitentia ductus, iter hoc anno in Palestinam ad sacra loca invensenda suscepit; per cujus absentiam fratres ejus Adolphus & Everhardus Comites in Galliam profecti, haud alio instituto, quam ut juvenilem ætatem literis & omni scientiarum cultu inter florentissimos Gallia viros exornarent; quod tum nihil inter Saxonia Nobiles, Comites, ac Principum filios frequentius ac laudabilius habebatur, ad honorem gradus in Clero adipiscendos; tum vel maxime, cum Pontifices, in Gallis sedem collocarent; ut inde mos invaluerit per Westphalam in Cathedralibus Collegiis, transmittendi Clericos e nobilitate ad florentes Galliarum academias Marcae interim provincia gubernatio data Gerardo Plettenbergio Comitis Dapifero; viro e prima nobilitate West-

Controversia inter Archiepiscopum Moguntinum Gerlacum Nassovium & Henricum Virneburgicum, hujus mortis finitur.

Archiepiscopus Colonienfis cura in reformando clero.

Engelbertus Comes Marchia profectus in Palestinam, & fratres ejus in Galliam. Levoldus in Chron. Mar.

Henricus de Herward, Clonborg, Verdin, in manon, Paderb, Angli Borubium peccati in prados Westphalos prope Lipsiam gam inciunt, Henric, Knichto. 1.4, inter Histor, Augl. ann, MDCLII, Londini edit.

Westphaliæ, prudenti, rebusque domi militiaeque gestis claro.

Henricus de Hervordia, Clansberg, Berdin, in manum Paderb. Angli Borussiam perituri in pædones Westphalos prope Lipspringam incidunt. Henric. Knichso. l. 4. interhist. Angl. ann. MDCLII. Londini edit.

At dissonum fœdumque per id tempus facinus Hunoldi Plettenbergii, Joannis Padbergii, ac Comitis Rütbergensis; sicuti id Henricus de Hervordia eorum temporum scriptor retulit. Præmiserat Henricus Dux Lancastræ 400 milites ex Anglia in Borussiam pugnacuros adversus barbaros, quos ipse Dux ferebatur sequi. Hi postquam Rhenum transgressi, pervenerunt in Westphalam, delati ad Lipspringam Oppidum diœcesis Paderbornensis, incidere in Plettenbergium & Patbergium prædonum Duces; circumventique Angli spoliantur armis, vestibus, & magno, quem secum portabant, auri argentique thesauro. Rem altius repetit, ac planius exponit Knichtonius in historia Anglica. Pacem inter Regem Franciæ & Angliæ anno Mcccli pacta, Henricus Dux Lancastræ altero mox anno magno procerum ac nobilium gentis suæ comitatu expeditionem suscepit in Prussiam adversus barbaras gentes, christianis infestas. Is postquam Coloniam pervenit, intellexit a fidis monitoribus, Oroni Duci Brunswicensi a Rege Franciæ demandatum esse, uti Lancastræ Ducem interciperet. Quibus contemptis, Lancastris transitu Rheno in altam, ut Auctor inquit, Alemanniam, Westphalam nimirum dicere voluit, antiquam Saxoniam, iter profecturus ingreditur: ubi ex insidiis a Brunswicensi positus intercipitur, & captivus cum magno nobilium comitatu abducitur; nec prius e custodia dimissus, quam Brunswicensi tria millia scutorum aureorum in lytrum penderet; quo perfoluro, in Prussiam procedit. Verum cum ad fines Prusiæ perveniret, intelligit pacem in multos annos inter Christianos & paganos esse factam: eoque ad Rhenum regressus, Coloniam in congressu Germanorum Principum questus est, se peregrinum pro Christi & Christianorum milite ad sacrum bellum adversus barbaros in Prussiam euntem, a Duce Brunswicensi in medio itinere interceptum, spoliatum & in captivitate abreptum esse, quem nulla unquam injuria læserit. Quæ postquam Brunswicensi renunciata fuere, & ille indignatus nomen suum apud Germaniæ Principes profundi, scriptis ad Lan-

castrum literis, ad singulare illum certamen provocat. Nec segnior Lancastris respondit, nihil sibi gratius fore quam ut locus & dies certaminis quamprimum designetur. Quo Parisiis postea indicto, accessit ex Anglia Lancastris, & Brunswicensis ex Saxonia spectator aderat Rex Franciæ cum omnium aulæ suæ procerum & magnatum totius Franciæ concursu. Tentata primum per Francos compositio. Abnuît omnia Lancastris, palam contestatus, non se ex hoc prælii loco abiturum, nisi manus cum Saxone confereret. Tum uterque Dux consensu equo descendit in arenam, Brunswicensis vultu expalescente animoque conturbato, Lancastris mente hilari promptaque. Et jam committendi inter se erant: cum Rex Franciæ intervenit, & pugnam stitit; quo lætus Brunswicensis causam suam Regis arbitrio permittit: agre Lancastris induci se passus. Tandem intervenientibus totius Franciæ proceribus & Consiliariis a certamine sunt abstracti; quos Rex Franciæ convivio exceptos amice reconciliavit.

Igitur Westphali nostri a Duce Brunswicensi ad hoc facinus inducti; ea enim tum nobilium prædandi licentia erat, ea prædonum multitudo ex castris nobilium, tanquam ex rapacium avium nidis convolantium ad spolia. Nec jam mirum videri debet, Episcopos tot castris clientum nobilium, militumque manu se per Westphalam præmunisse.

Balduinus Episcopus noster sub id tempus innumeris Reipub. curis obrutus fuit; iis tamen tantisper sepositis, ad vehementes Collegii Buxtorfiani preces, approbat Episcopi auctoritate statuta, quæ ipsi de admittendis apud se in numerum Canonicorum jam longa consuetudine induxerant. Ejusmodi erant, de certis marcis in Ecclesiæ fabricam, in Canonicos ac ceteros Ecclesiæ suæ ministros erogandis: de vexillo & centum libris ceræ Episcopo pendendis. Quibus similes erant impensæ de emancipandis & in Canonicos cooptandis, aut ad gradum altiore sui Collegii provehendis. Jam enim per Saxoniam passim in Cathedralibus Ecclesiis, prava magis quam laudabili consuetudine, hæc invaluerant; crevereque in magnos sumptus, tanquam pretio pararen-

Balduinus statuta Collegii Buxtorfiani approbat.

Archiep. Colon. cura in reformando clero.

Engelbertus Comes Marchiæ profectus in Paderbornum, & fratres ejus in Galiam. Levald. in Chron. Mar.

rarentur, quæ gratuito virtuti & scientiæ debebantur; donec in Collegiis Cathedralibus Nobilitati, in ceteris patrociniis & opulentarum familiarum filiis adscriberentur. Balduinus Episcopus etsi agere in hæc consentiret, persuasus tamen precibus Collegii, & antiqua consuetudine, quæ legis instar prævaluerat, pridie Natalis Virginis comprobavit. Postquam jam ante eundem Collegio emptionem villæ Richofianæ ratam habuisset, testibus adscriptis Ludolpho de Herise, Ludovico Post, & filio ejus, ceterisque militibus, & nobilibus viris, ex quibus ad nostra tempora familia Postorum celebris permanfit.

Inter Westphaliæ Antistites naturæ hoc anno concesserat Gerhardus Comes Schawenburgicus Mindensis Episcopus, gesto in septimum annum laudabiliter sacro munere, adjectoque ad Ecclesiæ suæ patrimonium castro Rode. Cui Caroli Regis commendatione, & Pontificis auctoritate, subrogatus Theodoricus eo nomine III Mindensis Episcopus, ob singularem agendi solertiam, & facetum ingenium, ex Monasterio Leven Ordinis Cisterciensium traductus ad aulam; Carolique beneficio primum Ebronensis, post Sleswicensis, deinde hoc anno circa Calend. Martii Mindensis Episcopus, Anno posthæc 1361 ad Archiepiscopatum Magdenburgensem transvectus.

Chron. Mind. Crantz. lib. 9. Metrop. c. 49. Gerardo Ep. Mindenti de functione subrogatur, Caroli commendatio, Theodoricus ex Ord. Cisterciensi Monachus.

Argentin. Reiderf. Ursberg. Falup. Brover. lib. 17. Annal. Carolus Mediolani, deinde Romæ cum conjugæ coronatur.

Annus Christi 1354.

Innocentii VI. Pont. 2. Caroli IV. Reg. 9.
Balduini Ep. Pad. 15.

Argentin. Reiderf. Chr. Mind. a Pistor. adsi. cum diploma. Theodoricus Ep. Mindens. confirmationem privilegiorum Ecclesiæ suæ a Carolo R. impetrat.

Quæ exinde Carolus Cæsar sine superioris anni Moguntia comitia cepit, ea cum mense Januario sequentis hujus anni finem habuere; interque Saxoniam Episcopos Moguntiam accesserat Theodoricus Mindensis Episcopus, cui Carolus Rex pro meritis in se & Imperium, omnia Mindensis Ecclesiæ privilegia, uti ea a Divis Romanorum Imperatoribus ac Regibus donata erant, insigni diplomate 2 Idus Januarii instaurat. Inde Rex Francofurtum ascendit; Regemque affectatus Theodoricus Mindensis Episcopus, alterum beneficentiæ diploma impetrat, 18 Calend. Februarii datum, quo die illi ac successoribus judicia libera, sedesque liberas, quæ vulgo Vehmeding nuncupantur, ea jurisdictione iisque commodis dilargitur, quibus in Ducatu Angariæ & Westphaliæ possidebant. Utrumque hoc diploma factis Mindensium a Pistorio adjicitur.

Brover. lib. 17. Ann. Trev. Carolus parentat Balduino Archiep. Treverensi.

Francofurto Cæsar digressus Treveros ad parentandum Balduino Archiepiscopo avunculo suo, quem mors ex comitiis Moguntinis regressum festo D. Agnetis die extinxerat; Præsulem qui supra quadraginta sex annos Archiepiscopatum magna sapientia administrarat, auxeratque possessionibus bonorum, ac castris supra quam ab ullo antecedentium Pontificum prope memoratum. Quippe columen Imperii

ea tempestare, penes quem auctoritas summa erat. Magnum eo consanguineo Archiepiscopo subsidium amisit Cæsar. Funeribus exquisite perolutis, Carolus Metas profectus, Wenceslaum fratrem 3 Idus Martii Ducem Lutzenburgicum creat in corona Episcoporum Gerlaci Moguntini, Wilhelmi Coloniensis, Engelberti Leodiensis, ceterorumque Antistitum & Principum. Inde in Alsatiam digressus ad armatas controversias inter Albertum Austriæ Ducem & civitates Helvetiæ componendas Pascha Keifenbergæ celebrat. Mense Septembri cum haud magno comitatu, privati instar, iter in Italiam suscepit. Lombardiam ingressus Mantua ad Episcopos, Principes, & civitates scribit, commonetque, ut sibi exercitum ex provinciis collectum submittant, quantum Imperii majestas ad coronationem Cæsaris posceret. Vicarius idem Imperii ab eo nominatus Robertus Palatinus Dux & Elector.

Wencesla. un. frat. em. faun. Dus. ceu. Lutszenburgicum. seu. creat.

Proficiscitur in Italiam.

Per id tempus, imperante Carolo IV, ut hoc verbo adscribam, repertus ferur pulvis pyreus, simulque sclopi ferrei, & nova hæc tormenta bellica, majori mortalium bono, an perniciæ incertum habeas. Inventor Bartholdus niger, homo Germanus, & professione Franciscanus Monachus perhibetur, medicæ & chymicæ artis peritus, ut Hieronymus Zieglerus tradit. Polydorus

Pulvis pyreus inventus & usus scloporum ferreorum.

Archiep. Colon. jus vetus per Ducatum Westphaliæ instaurat.

dorus Virgilius anno 1380 hujus feralis machinæ usum adscribit; tum enim Venetis a Bartholdo ostensum censent alii, cum adversus Genuenses ad fossam Clodiam bellum gererent. Nonnulli a Burgundis hæc reperta volunt, casu

magis quam arte; ignis videlicet in pyreum pulverem, qui in mortario servabatur, illapsus, & cum sonitu motuque vehementi excussus, hoc novum tormenti genus monstravit, quod arte postea expoliticum sit.

Annus Christi 1355.

Innocentii VI. Pont. 3. Caroli IV. Reg. 10. Imp 1.

Balduini Ep. Pad. 16.

Argentio. Reiderf. Ursberg. Paralip. Brovver. lib. 17. Annal. Carolus Mediolani, deinde Romæ cum conjugæ coronatur.

Rex sub initium anni hujus Mediolanum ingressus, festo Epiphaniæ in Basilica D. Ambrosii ferrea coronâ insignitur a Roberto Mediolanensi Archiepiscopo. Ac tamen mille tantum Bohemis, & paucis Germanorum militibus cinctus esset, Romam tamen perrexit, honorificeque a senatu exceptus, ac sexto ab hinc die ab Ostiensi Episcopo & Cardinale, ut id ab Urbano Pontifice constitutum erat, una cum conjugæ, ipso die Paschatis, Augustalibus ornamentis decoratus inungitur. At illo sacratissimo die ex urbe discessit, nihilque in Italia pro imperio & honoris majestate gessit. Ausi etiam Pisana in urbe cives conspiratione facta mortem Imperatori machinari, minitarique se Casarem patibulo suspensuros. Maximum præsidium Casaris erat in Augusto Episcopo; is maturo tempore, ad vesperam fortissime dimicando tumultuarios cives oppressit, e quibus post XVI capite imminuti sunt. His periculis extractus Casar, raptò diademate, in Germaniam abiit. Perstringit id factum Petrarcha. *O infamem diem! o pudendum facinus! o Superi! en jusjurandum, en religio! en pietas! Romanus Pontifex ita Romanam deserit, ut malit eam ab alio frequentari, & de hoc cum Romano Imperatore paciscitur. Quid hic loquar, nescio, & si scirem tacere consilium est.* Casar reliqua parte anni in ordinandis Imperii negotiis consumpta, Norimbergæ comitia indixit.

Mediolani dum ageret Carolus, magnifico diplomate Wilhelmo Coloniensi Archiepiscopo ob præclara erga se & Rempub. merita, omne jus vetus per liberos Ducatus Westphaliæ & Angariæ instaurat; ea nominatim lege præscripta, ne cui Comitum & Scabinorum fas sit sine auctoritate Archiepiscopi tribunalia instituere, habere, aut jus

Archiep. Colon. jus vetus per Ducatum Westphaliæ instaurat.

dicere in judiciis, quæ comitia & secreta judicia appellabantur; nisi tamen ea feudi titulo ab Archiepiscopo possideant; factaque est potestas retractandi omnia pronunciata judicia, absolvendique reos, quibuscum hæctenus inique actum compererit. Diploma hoc, quod Gelenius produxit, consignatum a Carolo Imperatore Mediolani Nonis Januarii, recognitumque a Joanne Lithomiffiensi Episcopo Cancellario, vice Wilhelmi Coloniensis Archiepiscopi.

Non tam prospere Balduinus Episcopus noster res suas egit. Is enim nescio in quam necessitatem temporum conjectus, partem sylvæ Reinerianæ, vetus ac nobile dicecesis peculium, Hermannò Hassiæ Landgravio ejusque Successoribus, acceptis centum marcis argenti, oppignoravit; ea tamen conditione adjecta, qua Episcopo & successoribus suis quovis tempore redimendi jus & copia maneret. Qua super re publica hujusmodi literarum monumenta sunt.

Balduinus Ep. silvam Reinerianam Landgravio Hassiæ oppignorat.

*Nos Baldewinus Dei gratia Episcopus Paderbornensis presentibus hisce literis notum facimus, & publice protestamur pro nobis, successoribus nostris, & Ecclesia nostra, quod cum voluntate & consensu Ecclesiæ & Capituli nostri, Illustri Principi Hermannò Landgravio Hassiæ ejusque legitimis hæredibus oppignoraverimus pro 100 marcis puri argenti ponderis & valoris Geismariensis partem nostram nemoris dicti vulgo *Reynereswold* cum annexis juribus foresti, piscaturæ, venationis, aliisque omnibus ad dictam nemoris forestique partem spectantibus. Quam etiam intra unius anni spatium, a proximis sancti Michaelis feriis computandum, redimere non poterimus: quo tamen elapso tum demum illius redimendi facultas.*

Chron. Mind. Craniz. lib. 9. Metrop. c. 49. Gerardo Ep. Minsidensi de functione subrogatur, Caroli com mendatio, ne, Theodoricus ex Ord. Cisterciensis Monachus.

Wencesl. unus fratrum suum Duce cum Lutzenbergen sem creat.

Pulvis pyreus inventus & usus scoporum ferreorum.

cultatem liberam omni tempore habebimus, postquam sex mensibus prævie de reuolutione a Nobis facienda Landgravi-um ejusve hæredes reddiderimus certiores: Qui etiam tunc, cum nobis libitum fuerit, dictam nemoris nostri partem cum omnibus ad eam modo spectantibus pro centum argenti marcis, ponderis & valoris antedicti, sine contradictione prompte integreque restituere tenebuntur. Præterea inter nos convenit: si Landgravi-um Hermannium post hæc contingeret mortali vix vita decedere, quod prædictis conditionibus obstricti manebimus illi, cui Landgravius has literas cum argenteo cesserit. Sed & vicissim nobis repignorandi jus liberum manebit. Ad horum omnium certam firmanque observationem ac testimonium sigillum nostrum majus hisce literis appendi fecimus, datis anno post Christum natum Mccclv, die S. Jacobi Apostoli.

Et nos Hermannus Dei gratia Landgravius Hassiæ publicis hisce literis. Pro Nobis & hæredibus nostris profitemur, quod partem illam nemoris & foresti cum appertinentiis suis nobis pro centum marcis puri argenti Geismariensis ponderis & valoris, a D. nostro D. Balduino Episcopo Paderbornensi oppignoratam eidem Episcopo ejusque successoribus & Ecclesiæ Paderbornensis secundum præscriptas condiciones repignorandam dabimus. Omnes præterea condiciones, articulos, & pacta conventa his literis descripta venerabili D. D. Balduino Episcopo ejusque Successoribus & Ecclesiæ Paderbornensi pro Nobis & hæredibus nostris, seu quovis alio, cui post mortem nostram dono nostro argentum prædictum cum literis hisce obvenierit, inviolabiliter sancteque promittimus, Nos omni fraude procul & dolo malo observaturos. In quorum fidem ac testimonium sigillum nostrum his literis appendimus, datis anno & die supra scriptis.

Caute hanc oppignorationem fecit Balduinus, tanquam ægre nimis repetendum prævideret, ideo, vades poposcit, qui fidem pro Landgravio obligarent. Hi fuerunt Wilhelmus Hassius Landgravii supremus eorum locorum præfectus, Burchardus Haldeffen, Albertus Vekerus, Consules & senatores

civitatis Immenhufen. Horum quoque literarum apud nos in tabulario servantur quibus fidem suam sancte obstringunt, ut quoties ab Episcopo Balduino, aut Successoribus oppignorati nemoris pecunia repræsentetur, nemus ad Episcopi Paderbornensis patrimonium redeat.

Fefellere omnia Balduinum; nam postquam pars nemoris semel in potestatem Landgraviorum venit, seu Paderbornensium negligentia, seu tenaci possessoris manu factum sit, nunquam inde ad diocesis nostræ patrimonium rediit. Adeo periculosum est oppignorare, & pacisci cum potentioribus, quibus cupido retinendi alimentum rapacitatis est. Olim Henricus III & Henricus IV Reges & Imperatores capti nemoris Reineriani venatione a Paderbornensi Episcopo per commutationem bonorum aliquando obtinuerunt; at non quievit Imadus Episcopus noster, donec ab Henrico IV per preces Agnetis matris redditum oblatumque ad altare D. Virginis. Kiliani & Liborii reciperet, sicuti hoc ad annum MLIX ex diplomate Cæsaris hujus retulimus.

Et si altius repetas nemus hoc, donum est Paderbornensis Ecclesiæ a D. Henrico Imperatore Meinwerco Episcopo factum, amplisque locorum sylvestrium, agrorumque cultorum spatiis, quantum diocesis nostræ peculi-um est, ad Visurgim, Fuldam & Dimolam fluvios extenditur. Quemadmodum supra ex certis donationum tabulis annum MLIX in Meinwerco Episcopo memoratum est. Universum vero Reinerianum nemus, sicuti Dilichius in Hassiæ Chronico tradit, tam in longitudine quam in latitudine ad quatuor milliaria se explicat, quercubus & fagis confitum, eaque ubertate, ut cum annus glandibus fecundus est, supra 20000 porcorum fagine: & si vici, agri, ligna, ac cetera in annum pretium veniant, supra 30000 florenorum aureorum proventus æstimentur. Ingens simul ferarum copia: nec Landgravio in tota Hassiæ præstantior venatio. Atque id nemus, postquam tam facili oppignorationis pecunia averti primum cepit a Balduino Episcopo, inde retentum ab Hassis ad innovatæ religionis tempora; quibus vero tum artibus & pactis a diocesi alienatum Hassis demum cesse-

Nemoris
Reineriani
descriptio.

Balduinus
Ep. duas
partes ca-
stri Furite-
berg Her-
manno
Brenckio
oppignora-

Robartus
Argentini-
Tribem.
Chron. M.
Belgii.
Naueler.
Lebold.
Dabran.
Brouer.
Carolus au-
reum bul-
lum condi-

cesserit, in Theodoro Episcopo memorabitur.

Baldwinus
Ep. duas
partes ca-
stri Fursten-
berg Her-
manno
Brenckio
oppignorat

Subinde Baldwinus Episcopus duas partes castri Furstenbergii ducentis marcis pignori opposuit Hermanno Brenckio equestris ordinis viro, id quod more & jure Castrensi tum recepto est conventum; iussusque Brenckius fidem jurare Episcopo, & Cathedrali Collegio, tuerique castrum adversus hostes Episcopi, & ad omnem Episco-

pi ingressum aperire. Vades dari Joannes Schorlemmerus, Joannes & Fridericus Patberg, Joannes de Horhaus, Widekindus Valckenberg milites dioecesis. Maximum per id tempus cum tumultuaria adhuc bella arderent, praesidium erat in Castrensis, qui cum magnis impensis aerebantur, haud secus quam beneficiarii nobiles, multae quoque possessiones bonorum, quae clientelari beneficio tenebant, cum his ab Ecclesiae patrimonio abstractae sunt.

Annus Christi 1356.

Innocentii VI. Pont. 4. Caroli IV. Reg. 11. Imp. 2.

Balduini Ep. Pad. 17.

Rehdorffus
Argentini.
Trithem.
Chron. M.
Belgii.
Naucier.
Levold.
Dnbran.
Brouwer.
Carolus au-
ream bul-
lam condi-

Aderat nunc annus quinquagesimus sextus ejus saeculi, cum ad indicta Norimbergae comitia, quae inter omnia Caroli fuere celeberrima, convenere Archiepiscopi, Moguntinus, Colonienfis, Trevirensis, alique cum suis provincialibus Episcopis tum Electores ceteri cum ingenti Principum, Comitum, Baronum, procerum, Nobilium & civitatum multitudine. In his comitiis Carolus pro imperatoria majestate, qua anno superiori decoratus erat, edidit constitutionem, quam Auream Bullam vocamus. Quippe ad turbas & diffidia tollenda, quae Regibus creandis haecenus inter ipsos septemviros orta erant sanctionem hanc pragmaticam IV Idus Januarii promulgavit, in qua de jure Electorum, eorumque privilegiis, de gradibus, & potestate Principum, aliorumque ordinum multa sapientissime ad concordiam Germaniae & majestatem Imperii decernuntur, ut vel aureum ideo diplomati nomen datum, dummodo aureum inde saeculum polliceri licuisset. Metas post illa mense Decembri profectus Imperator, haud minus celebria Electorum & Principum comitia habuit; in quibus capita septem curiae Imperialis, ritibus officiis, & sessioni Electorum, quae in aurea bulla leguntur, adjecit. Auctorque est Argentinensis, eo in congressu Electores quemque ordine & pro suo munere Imperatori mense accumbenti ministrasse, tanto splendore & majestate, qua ex omni retro aetate nulli unquam Imperatori quicquam delatum magnificentius.

Quam laetus hic annus Germaniae, tam funestus Galliae, pugna cladeque Pictaviensi. Enimvero Eduardus Regis Angliae filius, octo tantummodo millium exercitu armatus, Gallorum exercitum quinquaginta millium florentem, & tanquam ad triumphum progradientem, admiranda in omnem posteritatem victoria, 19. Septembris fudit. Caesa septem Gallorum millia in praelio, capti mille septingenti nobiles, septendecim Comites, quos inter Joannes Rex & Philippus filius captivi in Angliam abducti. Justa adhuc vindicta numinis visa inherere Galliae, quae tot annis, Ludovico Caesare, affligerat Germaniam. Acceptaque clade necesse habuere Galli confugere ad consilia Caroli Imperatoris. Quam in rem alter Regis Galliae filius ex praelio profugus cum Gallorum proceribus Metas Imperatorem & Principes Germaniae adiit.

Mamoralis Gallo-
rum clades
ab Eduar-
do R. An-
gliae illata.

Et Carolus Imperator, licet optimis legibus confuleret publicae per Imperium paci, bella tamen pati necesse habuit. Quippe invalidae leges, nisi potentia & armis simul imperari possint. Pugnabant enim per id tempus inter se Reinaldus Dux Gelriae, & Joannes Dux Cliviae. Victus captusque Gelder, Adolpho Cliviae Duci coactus est Embricam dare, quae deinde Cliviae asserta. Gravius bellum ardebat inter Wenceslaum Lutzenburgicum Ducem, Caroli Imperatoris fratrem, & Ludovicum Flandriae Comitem de Ducatu Brabantiae decertantes, quem uterque ex dote conjugis sibi vendicabat, postquam

Levoldus.
Chron. M.
Belg.
Pontanus
lib. 7. Geld.
Trithemius.
Bella inter
Duces Gel-
riae & Cliv-
iae.
Ducem
nem Lut-
zenburg. &
Comitem
Flandriae.

H h

Dux

Nemoris
Reinerant
descriptio.

Dux Brabantiae sine masculo hærede obierat, filiasque tantum duas reliquerat, quarum altera Wenceslao, altera Flandro denupta erat. Bello huic se Wenceslao junxere Marcanus & Montium Comites, multamque Westphaliae nobilitatem secum traxere adversus Flandrum, eventu improspere.

Haud levius interim tumultuariis bellis Comitum & nobilium jactabatur Westphalia. Leges quidem tulerat Cæsar ne quis privatum bellum alteri indiceret, & per fraudes, spolia, pacta, nobilitatisque colligationes turbaret publicam pacem; secus si quis faceret, infamis haberetur. Sed his nondum inveteratum prædandi malum tollebat, quod legibus pondus non adderet armorum terrore, & capitalibus pœnis. Quare quantum quisque Episcoporum & procerum valebat castris, armis & fœderibus, tantum se tuebatur adversus prædones.

Huxaria
triplici ag-
gere cir-
cumdatur
& manitur

Huxtarienses nostri cum undique infestarentur, permissu Theodorici Corbejenfis, ceterorumque Cœnobitarum, triplici aggere circum Oppidum ducto se præmunire; per quos tamen liber transitus maneret Abbati.

Plena hujusmodi aggeribus, quos vulgo Lantwer dixere, est Westphalia, ad incursiones hostiles obstruendas. Quam in rem passim speculæ & turres conspiciuntur in montibus & editis agrorum locis: e quibus signa incurrentium hostium eminens dabant excubitores, incolis oppidorum & pagorum ad arma convolantibus.

Idemque Theodoricus Abbas, ut in iisdem priscais Corbeiensium literis reperimus, limites certos immunitatis Corbeiensis Oppidi circumscripsit ad constitutionem jurium municipalium, qui a muris & turribus Oppidi ducti perquam angusti fuere. Quemadmodum idem Theodoricus in literis anno MCCCLII datis se Abbatem Corbejensem diœcesis Paderbornensis inscribit, facteturque se in medio nationis pravæ habitare, armis undique circumfremtentibus: itaque Cœnobium a Prædonibus affligi, ut fratribus suis agre annona & vestitus suppetat. Quibus nullum per id tempus fidum magis præfidium erat, quam in patrocinio & fœdere Paderbornensis Episcopi, quocum & castra & mutua Castrensiū clientumque arma conjunxit.

Lodovici
Ep. Monast
mors &
breve ge-
florum
compen-
dium.

Annus Christi 1357.

Innocentii VI. Pont. 5. Caroli IV. Reg. 12. Imp. 3.
Balduini Ep. Pad. 18.

Caroli Imp.
pictas erga
reliquias
Divorum.
Brevier,
lib. 17.
Annal.
Chron. Col.
Trithemius.
Pontan l. 7.
Geld.
Rudolphus
a Rivo a-
pud chap.
Levoldus.
Rebdorf, in
annal.
Annal. Boic
pag. 2, lib. 5

Post ordinatam anno superiori Republicam, Carolus Imperator Metis Trevirorum urbem adiit; trahebaturque religione lustrandi antiquitatum monumenta & loca sacrorum. Quippe, ut Trithemius tradit, omnia passim religiosorum Cœnobiorum & templa vetera per Germaniam invisebat, colendoque sanctorum sepulchra simul reliquias colligebat, quibus Praga & Bohemia exornata est. Id cum Treviris etiam fecisset religiosissimus Imperator, præter expectationem Coloniam advenit; ibi cum non satis honorifice exciperetur, indignatus subito ex urbe excessit, ac Brulam se contulit. Quo animadverso, senatus populusque Agrippinensis postero die magnificentissime in urbem introduxit: Ille lustratis Basilicis & sanctorum locis, Aquisgranum proficiscitur, ubi 2 Idus Februarii Neomagensibus vetera urbis populique

privilegia confirmat: diploma id Pontanus recitat. Inde Trajectum ad Mosam contendit compositorum Flandrum cum Wenceslao fratre Lutzenburgenfi & Brabantiae Duce; id cum frustra tentaret, negotium dedit Wilhelmo Bavaro, Hollandiae & Hannoniae Comiti; ipse cum thesauro sacrorum pignorum Pragam accelerat. Nec multo post mense Aprili, ut Rebdorfius refert, cum ingenti Bohemorum & Moravorum multitudine Bavariam intravit, vastataque regione, bellum, quod istis exarlerat, sopiit.

Quiescente Westphalia, Wilhelmus Colonienfis Archiepiscopus constantissime hæsit in formandis cleri populique moribus. Ejus rei gratia rursus hoc anno celebrem synodum habuit, qua reliquias sectæ flagellantium, quæ latenter adhuc per diœcesin serpebat, se-

Wilhelmi
Archiep.
Colon. sta-
dium in
corrigen-
dis
Vitiis &
erroribus.

veris

veris edictis & pœnis proscriptis. Multa præterea ea in synodo salubriter statuta, & communicata cum Westphaliæ Episcopis, quorum idem studium, disciplinam cleri inter bella collapsam restituere in integrum.

At mors subinde sustulit 18. Augusti Ludovicum Hassiæ Landgravium Monasteriensem Episcopum, virum toga sagoque ea ætate inter Westphaliæ antistites clarissimum, eoque conditus in choro Cathedralis Basilicæ ante principem aram & brevi hoc encomii versu celebratus.

Ludovici
Ep. Monasti
mors &
breve ge-
storum
compen-
dium.

*Clerum dilexit, & militiam bene
rexit,*

*Hic passus multa, quæ non permisit
inulta.*

Crantzius virum præclarum & magnificentum & literis apprime instructum commendat, qui Ecclesiam per XLIX annos admirabili constantia & sapientia administravit. Præsul qui in domestica familia Clericos multos & doctos alebat, honorabatque ante omnes alios, ipse vita integerrima omnibus forma gregis sui, in egenos liberalis, bonis amabilis, improbis formidabilis, carus omnibus, fortunatus in bellis, adversis interritus, spectabilis inter omnes Imperii Principes; quique, ut fasti eorum perhibent, opibus, gloria, & magnificentia omnes superiores ejus loci Episcopos supergressus est. Bellum illi fuit cum Marcano, Geldro, Episcopo Osnabrugensi, Ludolpho Steinfordiensi Dynasta. Ter armatus processit adversus Comitum Teclenburgicum, & Bentheimium; & nobilem de Solmis; quo in bello Stipense castrum haud procul Linga erexit. Trajectensem diœcesin non semel armatus ingressus, hostes ibi suos oppressit. Lagam Trajectensis Episcopi arcem subvertit. Cum Hojano & Diepholdio Comite de jure Lacus Dummersee decertavit. Fractæ ab eo Arnbergensis Comitatus vires: contusus Steinfordiæ Dynasta, captusque filius ejus, cum Gisberto Brunhorstio ante portas oppidi Steinfordiensis: domitus Comes Oldenburgicus, eversa que arx Wordenburga, prædonum receptaculum: contra castrum Rutenvium, indignante licet Oldenburgico, exstructum frenumque impositum.

Tornekingus Friso, prædonum ductor, captus & in rotam actus. Inde ut Frisones per Embslandiam spoliis grassantes contineret, arcem Nienhufanam ad inferiorem Amasim erexit. Ipse in Frisiam armatus processit, Ducuwaldiam & Capenhufium, prædonum receptacula, & castra Bernefoldam, Rhedam ad Amasim, & Wulfesbergam solo æquavit. Multaque ejusmodi prædatrices arces, Ovelguna, Davensberga, publicæ securitatis causâ eversa a Ludovico, acerrimo justitiæ vindice. Non aliter tum Episcopatus servabantur per Saxoniam & totam Germaniam, quam per arma. Ea necessitas sanctissimis etiam Episcopis imposita erat.

In locum tanti præfulis Canonici una suffragiorum consensione elegere Adolphum Marchiæ Comitem, Engelberti Marcani Comitatus fratrem, *virum, ut Levoldus scribit, corpore elegantem, moribus & vita ornatum, Baccalaureum juris Canonici.* Tam honorificum tum erat, quod nunc pudori reputat Nobilitas, Comitum filios in publicis academiis decorari laurea Doctorum, & per gradus doctrinarum ascendere ad honores in clero. Ad Canonicorum electionem accessere nobiles, vasalli, Castrenses, urbs Monasteriensis, & oppida totius diœcesis; quorum omnium votis expetitus Adolphus Episcopus, quod ejusmodi tempora inciderant, ut nihil consultius haberent, quam ex vicina & potenti Comitum Marcanorum familia legere Episcopum, atque ab eo præsidium & vinculum petere. His ita constitutis; Adolphus in Gallias Avenionem profectus, circa suam causam in aula Pontificis egit. Pontifex qui tum bello inter Gallos & Anglos componendo occupatissimus erat, rem commisit tribus Cardinalibus, quorum judicio Adolphus probatus, nec multo post a Pontifice, frustra aliis interpellantibus, Monasteriensis Episcopus renunciatus est. Inde Avenione regressus in Germaniam, relictisque fratribus Theodorico & Everhardo in literarum studiis perficiendis, sese ad Engelbertum patrum suum Episcopum Leodiensem contulit, a quo in castro Hujano & urbe Leodiensi lætis omnium gratulantium vocibus exceptus est.

Ludovico
in Episco-
pato succe-
dit Adol-
phus Com-
tes Mar-
canus.

Balduinus Episcopus noster, quod ex senio & corporis debilitate ad extre-
H h 2
ma

Wilhelmi
Archiep.
Colon. sta-
dium in
corrigen-
dis
Vitiis &
erroribus.

Balduinus
Ep. sacris
eiecioly
nis & fun-
dationibus
ad mortem
se parat.

ma se deduci animadverteret, nihil follicitius habuit quam pietatis operibus & largitionibus in egenos factis sibi de securo vitæ exitu providere; interque alia altare unum *in honorem S. Mariæ genitricis Dei, nec non SS. Caroli & Henrici Imperatorum, & S. Oswaldi Regis* (quod nunc S. Crucis dicitur) fundavit & dotavit; alterum D. Mauriti in Basilica Cathedrali tantis proventibus auxit sanxitque ut non modo sacerdos aræ illi consecratus pro se & parentibus suis quotidianum sacrificium offerret; sed & eam ex bonis per industriam acquisitis fecit dotationem, ex qua Canonicos Cathedralis & Buftorfiani Collegii obligatos voluit ad annuas post obitum suum vigiliis & funebria sacrificia; quibus tam sui quam antecedentium Episcoporum, certa ad id fundatione carentium, memoria precesque solemnnes fierent. Quemadmodum hæc ex tabulis ejus, festo Michaelis die consignatis, accepimus.

Theodoricus
Corbeien-
sis Abbas
festum
Conceptionis
D. Virginis
solenni-
ter a suis
celebrari
vult.

Theodoricus vero Corbeienfis Abbas, vir insigni modestia & pietate erga B. Virginem, Fratribus suis in concilium advocatis, festum conceptionis B. Virginis solenni ritu celebrandum Corbeie & per omnia Cœnobicia Corbeienfis subjecta edixit; id cum Balduini

Episcopi nostri exemplo, a quo id jam ante factum diximus, adductus videri possit; tum multas gravesque causas in peroratione ad Cœnobitas suos producit, non modo ab eximia Virginis sanctitate, & divino beneficio, quo ab omni labe originali concepta colitur, sed a multis etiam miraculis suo ævo patrat; refert enim Ezelinum Abbatem sui ordinis virum e naufragio ereptum, quod singulari obsequio intemerata conceptionis suæ diem colere solitus. Alterum clerici in Segana fluvio submersi, cujus anima postquam ope Virginis corpori reddita, monuit Virgo clericum, insisteret festo hoc die colere sui memoriam ex tam immortalis beneficio donoque conceptionis suæ. Multa hujusmodi Theodoricus Abbas, quæ testimonio etiam Anselmi aliorumque Patrum exaggerabat, certo pollicentium, nunquam vel Abbatem, vel religiosum e gradu suo dejiciendum, qui hanc celebritatem festi coleret: Vixit autem Theodoricus Abbas, vir candidæ mentis hætenus, ut diximus, familiaritate conjunctissimus Balduino Episcopo. Et jam uterque eo processerat ætatis, ut ex senio & multis temporum necessitatibus ad quietiorem apud superos vitam aspiraret.

Annus Christi 1358.

Innocentii VI. Pont. 6. Caroli IV. Reg. 13. Imp. 4.
Balduini Ep. Pad. 19.

Carolus
Imp. ad
preces Ab-
batis &
Corbeien-
Joanni
Rokkio dat
facultatem
judicandi
causas cri-
minales.

Alterum, qui sequitur, annum Carolus Imperator magnam partem consumpsit in Regno Bohemæ & Praga exornanda; ubi interpellatus a Theodorico Corbeienfium Abbate rogatusque, ut Joanni Rokkio, quem in oppido Montis Martis constituerat liberi comitatus judicem, Cæsar sua auctoritate confirmaret, daretque illi simul potestatem judicandi criminalium rerum causas, plectendique reos etiam capitis supplicio; quod Imperator Theodorico Abbati, viro, quem ob spectatæ vitæ probitatem virtutesque intime semper complexus est, ob prædonum graffantium licentiam hoc diplomate indultit.

Karolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemæ Rex: Notum

facimus tenore præsertim universis, quod licet religiosus Theodoricus Abbas Monasterii Corbeienfis in Westphalia Devotus noster Dilectus, Honorabile Joanni dicto Rokke de monte judicium Comitatus liberi dominicorum suorum in civitate Mersberg rite consulit, ipsum quoque investiendum duxerit, & ad talia, quæ sibi de jure videbantur competere, confirmandum; Quia tamen virtute, concessionis & investituræ seu confirmationis prædictorum non potest in causis criminalibus, quæ capitis & membrorum plexionem exigunt, exercere judicia, nisi jurisdictione hujusmodi a Romana Imperatoria potestate suscipiatur, quoque sibi dignemur de auctoritate Baila, quæ ad hoc prosequendum exigitur, Imperatoriæ majestatis clementia providere. Nos ad præfati Theodorici Abbatis Monasterii Corbeienfis voti.

Rex Livoniae hospitium se suscepit. Anselmum simulantem Imperatorem decipit. Rokkio in anno.

Tribemius.

notivam supplicationis instantiam, meritis probitatis, & circumspeditionis industriam antedicti Johannis signanter in spectis, recepto prius ab eodem per discretum Joannem Glantz Notarium & Secretarium nostrum de officio iudicatus exercendo, & prosequendo legaliter, corporaliter, & solito juramento. Ipsum de prefato comitatu libero cum omnibus juribus, consuetudinibus, gratiis, & emunitatibus ad eum spectantibus cum plenaria facultate criminata & reatus quoscunque plectendi auctoritate Romana Imperatoria presentibus investimus, presentium sub nostra majestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Prage anno Domini MCCCLVIII, die duodecima mensis Martii Regnorum nostrorum anno XII, Imperii vero tertio.

Rex Livoniae baptismum se suscepturum simulens Imperatorem decipit. Rob. dorf. in annal.

Per vernum tempus Imperator in Imperium profectus, mense Julio Norimbergæ Regis Livoniæ Legatos audiit. Denunciabant illi Regem suum cum gente Livonum velle Christianam religionem suscipere, & baptismo abluere. Latus eo nuncio Imperator, mittit Archiepiscopum Pragensem, supremum ordinis Teutonici Magistrum, aliosque honoratos viros Legatos in Livoniam; quibus cum Rex Livoniæ Vladislanium locum condixisset, in quo Natali Christi die ipse & Imperator convenirent, coramque omnia repertractarent; eoque magno præfulum, & procerum comitatu se contulisset; Rex sefellit fidem, nec accessit; literas interim in novum dolum compositas dedit ad Imperatorem, quibus significabat non prius se ad fontem baptismatis accessurum, quam terræ a Teutonici ordinis viris in Prussia occupatæ sibi redderentur. Ita delusus Imperator infecto negotio rediit in Bohemiam.

Armis licet per Imperium raro pacis dono quiescentibus, tanta hominum strage pestis ab Augusto ad Naralem Christi grassabatur, qua innumera multitudo brevi tempore consumpta est. Tanquam Martis flagello, cessante, altero pestis flagello Germania castiganda, atque iræ numinis obnoxia maneret.

Læta per hæc Adolphi Marcani Comitis & Monasteriensis Episcopi inauguratione, quem Dominica Sexagesimæ Engelbertus Leodiensis Episcopus, Adol-

phi patruus, magno procerum & nobilium Westphalorum comitatu in urbem Monasteriensem introduxit: nec minori gratulantium plausu a Clero populoque exceptus est. Sicuti hæc Levoldus scripsit, eaque narratione Chronicon suum claudit, scriptor iudicio bonus, qui virtutes regentium ita commendat, ut vitia non dissimulet. Præclare antiquitatum cognitioni consultum esset, si ut ille Marchiam, ita singulæ provinciæ & Episcopatus suum scriptorem fortitæ fuissent; at nescio quo fato aut genio nulla prope Germaniæ gens negligentior in scribendis rebus gestis, quam Westphali. Verum quo anno hic jam octogenarius scribere desiit, nascitur Paderbornæ Gobelinus Persona auctor Cosmodromii, novusque historicus, brevis quidem hætenus, & non nisi per abrupta incedens, sed quo tamen nemo melius res Episcoporum nostrorum attigit, aut plus lucis ex illa temporum & scriptorum caligine dedit, plenior aliquando ac certior ubi res suorum temporum exponet.

Levoldi Historici Marcani obitus & Gobelini ortus.

Ac ne Balduinum Episcopum nostrum hujus anni memoria transeamus, haud intermittenda transactio, cum Comitibus Lippiensibus. Emerat Balduinus Episcopus noster, ut supra relatam, partem Comitatus Swalenbergenfis a duabus viduis, postquam Comitatus ille hærede masculo vacuus erat. Id cum male haberet Ottonem & Bernardum Comites de Lippia fratres, litemque intenderent Episcopo, res in hunc modum composita est. Media pars Comitatus, quæ Henrici Comitis Swalenbergenfis erat, cum castris, bonis, decimis, Castrensibus, Vassallisque Episcopo Paderbornensi, & Successoribus: pars autem quæ Henrici, alteraque quæ Guntheri Comitum Swalenbergenfium erat, Comitibus Lippiensibus cederet, hac nimirum divisione, ut quarta tantummodo pars Paderbornensibus, & duæ tertiæ Lippiensibus obtinerent. Convenitque præterea in has pacis leges, Bellum si quod inter Comites & Paderbornenses exortum fuerit, Comitatus Swalenbergenfis extra hostilitatem partium intactus manebit. Neutra pars sine alterius consensu venditionem & bonorum abalienationem faciet. Feuda suæ cuique parti ferventur libera. Castrum Swalenbergenfis portæ,

Transactio inter Episcopum Paderb. & Comites Lippienses de Comitatu Swalenbergenfi.

portæ, muri, turres communia sint utrique: Castrenses castrique custodes pro utriusque partis voluntate imponuntur, & si res possat, amoveantur. Tam Paderbornensis Episcopus, quam Lippiensis suos præfectos, iudices, & bonorum ministros habeant; & quæ præterea Castrensiu[m] more ac jure recepto utrimque convenere; uti hæc in tabulis relata fuere, festoque D. Antonii die partium juramento sigillisque confirmata tenemus. Paderbornenses

sibi Comitatus partem vendicabant iusta emptione, Lippienses hæreditario titulo; quippe Comitum horum Ottonis & Bernhardi avia, Alheidis, seu Kunegundis, ut Pideritius retulit, filia Comitis Swalenbergen[s]is Bernardi Episcopi nostri mater, & Guntheri Episcopi nostri soror. Igitur peculiis hoc Comitatus Swalenbergen[s]is, quod hodieum possidet Ecclesia nostra, Balduini industria comparatum est.

Annus Christi 1359.

Innocentii VI. Pont. 7. Caroli IV. Reg. II. Imp. 5.
Balduini Ep. Pad. 20.

Carolus Moguntia cum Electoribus pertractat de Imperio bene administrando.

Imperator dehinc anno proximo Moguntiam accessit, ut cum Moguntino, Colonien[s]i, Trevirensi Archiepiscopis, ac Ducibus Bavarie & Saxonie Electoribus de Republica pertractaret. Aderat ibi simul Innocentii VI Pontificis Legatus pro veteri instituto subsidia Apostolicæ Camera pecuniamque flagitans. Quem cum in magna Principum corona audisset, Legatum benigne ac sapienter monuit, primas potius curas converteret in formandos Cleri mores; hunc enim ita se corruptum deprehendere in Germania per superiorum temporum bella, ut nisi luxus ac cetera vitia corrigantur, constitutum sibi sit proventus cleri redigere ad fiscum, aut in alios piorum hominum usus convertere. Quod ubi ad Pontificem relatum est, probavit quidem Pontifex Imperatoris Zelum; sed quod hæc sine Pontificis auctoritate sibi fumeret scriptis ad Carolum literis reprehendit.

Odorinus in hist. Eccles.

Nauclerus gen. 46. Ferrar. in Mogunt. Brovver. 1. 17. annal. Annales Boic. pag. 2 lib. 5. Publice castigatus vestitus in Cuno Falckensteino

Adstabat tum forte Cuno Falckensteinius Moguntinus Canonicus, cujus supra meminimus, vestitu in luxum composito, penulam sive capitium, ut vocat Nauclerus, gestans fericis segmentis varie distinctum. Hunc ubi Carolus Imperator conspexit, heus, inquit, capitium tuum mihi accomoda; quo accepto, capiti suo imposuit, conversusque ad proceres: Nunquid, inquit, militem potius quam clericum refero. Mox ad Gerlacum Moguntinum Archiepiscopum, si qua tibi cleri tui cura est, hoc age primum, ut luxum vestium clerique mores corrigas. Valuitque hæc publica admonitio tantum apud Cunonem, ut vitam in alios mores forma-

ret, isque sit habitus, qui post Trevirensis Archiepiscopus postularetur.

Pragam reversus Imperator, animi curasque intendit in Saxoniam; quæ licet disciplina ceteris Germaniæ partibus esset integrior, multum tamen vexabatur a politicis Principibus, & urbibus potentioribus: latæque ab his erant leges, quibus tota Ecclesiastica libertas in discrimen venit. Quæ postquam ab Episcopis ad Carolum relata sunt, auream ille edidit constitutionem, quam hic referre interest.

Carolus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemie Rex ad perpetuam rei memoriam. Etsi imperialis clementia, quorumlibet devotorum fidelium, quos sacrum Romanum ambit imperium, ex officii debito teneatur necessitatibus, & injustis operationibus consulere, & de opportunis remediis providere; ad illos tamen permaxime dirigitur nostræ mentis affectio quos indebite pati cognoscimus, quorumcunque oppressionibus status Ecclesiasticæ libertatis, quem semper nostris temporibus augeri volumus, nonnihilum minuitur & minus debito pergravatur. Sane ad Imperialis majestatis audientiam pro parte honorabilium prælatorum, Canonicorum, & prælatorum Clericorum inferioris Saxonie, Magdeburgensis, Bremensis, & vicinorum locorum; ac provinciarum insinuatione quærusosa specialiter est deductum, quod seculares quidam in potestatibus & officiis publicis constituti, videlicet Duces, Comites, Barones, & alii Domini temporales, nec non Consules civitatum, oppi-

Caroli Imp. constitutio super libertate Ecclesiastica.

oppidorum, villarum & locorum Rectores dictarum Magdeburgensis & Bremensis provinciarum, timere postposito, statuta singularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum, & locorum religiosorum libertates, & privilegia considerunt, eisdemque publice & de facto insistere presumpserunt, contra legitimas, civiles, & canonicas sanctiones, ut puta, quod nulla bona temporalia in potestate Ecclesiastica transferantur. Nec non Clerici in sacris constituti ad agendum seu testificandum in civilibus & maxime piis causis aliquatenus admittantur: Quodque excommunicati laici, & publice denunciati in civili foro minime repellantur. Item praedicti Domini temporales, consules, & rectores per seculares potestatem res & bona clericorum occupant & arrestant. Oblationes fidelium diminuunt & restringunt. Exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus Ecclesiarum exigunt & extorquent. Possessiones Ecclesiarum & personarum earundem devastant incendiis & rapinis. Contractus inter Clericos & Laicos factos legitime ad libros civitatis, villarum & locorum recusant inscribere ac sigillare. Donata & legata ad fabricas & Ecclesiarum structuras contra voluntatem prelatorum & aliorum, quorum interest, usurpare presunt contra iustitiam, in fraudem & odium Clericorum. De bonis etiam & in rebus Clericorum, quas non causa negotiationis, sed pro usibus propriis per terras ducunt, seu duci faciunt, thelonium exigere, & recipere non verentur. Et confugientes ad Ecclesias & cimiteria inde extrahere contra sanctiones imperiales presunt. Quae omnia & quaelibet obinde secuta, cum per sacras, civiles & canonicas sanctiones expresse reprobata sint, & in fraudem Ecclesiasticae libertatis de facto presumpta, de Principum, Ducum, Comitum, Baronum fideliumque nostrorum consilio ex certa scientia & imperiali auctoritate cassamus, irritamus, annullamus, cassaque & irrita, & nullius esse momenti penitus dicimus, & expresse pronunciamus. Praecipientes sub indignatione imperialis hanni universis & singulis dictarum Magdeburgensis & Bremensis provinciarum, & locorum vicinorum Domini temporalibus, Consulibus, potestatibus & in officiis publicis constitu-

tis, quatenus mox visis aut intellectis praesentibus dicta ipsorum statuta & ordinationes, sicut in praedictum Ecclesiasticae libertatis edita sunt, omnino revocent, & de luce tollant: quodque secundum ea non judicent amplius, nec sententias dictent, aut eisdem in iudicio vel extra iudicium quomodolibet per se, & contra Ecclesiasticam libertatem potantur. Item pronunciamus & declaramus imperiali auctoritate, quod quicumque Laicus cujuscunque status vel conditionis extiterit, ausu sacrilego & propriae temeritatis audacia sacerdotem, vel clericum secularem vel religiosum diffidaverit, proscripserit, captivaverit, spoliaverit, occiderit, mutilaverit, aut in carcere detinuerit, ac huiusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaverit, vel favorem in his praestiterit, praeter penas a sacris imperialibus & Canonicis sanctionibus eis inflictas, sunt ipso facto infames, & omni honore privati, nec ad placita vel consilia nobilium aliquatenus admittendi. Volumus etiam, hortamur, & requirimus Episcopos & Praelatos, Canonicos, ut hanc nostram legem & constitutionem in synodis & Ecclesiis publicari procurent, ne in praemissis excedentes per simulatam ignorantiam suas malitias valeant excusare. Nulli ergo omnino hominum liceat nostrae cassationis, irritationis, annullationis, nec non pronunciationis, & declarationis paginam quovis ausu temerario infringere, aut eis quomodolibet contraire, sub pena quinquaginta marcarum puri auri, quas ab eo qui contra fecerit totiens, quotiens contra factum fuerit, irremissibiliter exigi volumus, & earum medietatem nostri imperialis aerarii sive fisci, residuam vero partem injuriam passorum usibus applicari.

Signum Serenissimi Principis & Domini, Domini Caroli IV. Romanorum Imperatoris invictissimi & gloriosissimi Bohemiae Regis.

Testes hujus rei sunt venerabilis Arnestus Pragensis Archiepiscopus, Johannes Olmucensis, Johannes Luchonislani, sacrae Imperialis aulae Cancellarius, & Theodoricus Mundenfis Ecclesiarum Episcopi. Illustres Rodolphus Saxoniae, Balbo Opulienfis, Primislaus Thesinenfis. Duces & Principes spectabiles Burchardus Burggravius Magdeburgensis, magister novae curiae, Henricus de Mon-

Monfort. Comites & nobiles Sblino de Hasenburg, Jesco de Wilbarceitz, & alii quam plures nostri Principes, nobiles & fideles, presentium sub bulla aurea tyario nostro impressa testimonio literarum. Datum Præge anno Domini MCCCLIX. Indictione XII. III Idus Octobris, regnorum nostrorum anno XIV, Imperii vero V.

Hæc Carolus religiosissimus Imperator; qui si nunc in Saxoniam rediret, videretque ex ea omnes Episcopos, Sacerdotes, Monachos, omnemque clerum proscriptum; bona Collegiorum & Cœnobiorum abrepta in spoliis, avitam majorum religionem in deterrimas & multiplices sectas conversam, quantum non cum Carolo M. ceterisque Regibus & Catholicis Imperatoribus damnaret Saxonum nostrorum impietatem & insaniam?

Balduinus Ep. dicecisi adjicit Castrum Levenowe, nunc ab eadem per alios abstractum.

Balduinus Episcopus noster etsi jam ex senii morbis ad supremos vitæ dies pervenisset, non tamen intermisit Ecclesiæ suæ patrimonium amplificare. Emit enim hoc anno ab Herbodo Westerborchio & Wernero Ravenone, Erbrachio fratreque ejus militibus quartam partem castri oppidique Levenowe, unaqueque judicium, decimas, agros, pascua, piscinas, & quidquid possessione illi inharebat. Sicuti hæc super re literæ apud nos servantur in chartophylacio nostro XIV Februarii conscriptæ. Castrum id atque Oppidum Levenowe ad Dimolam fluvium haud procul Warburgo nostro olim intra veteres dicecesis nostræ fines, & nostra demum memoria, postquam hæresis omnia corrupit, a Landgravio cum ceteris dicecesis nostræ castris & bonis aversum, Hassiæque pronunciatum inclusum est.

Theodoricus Abbas Corb. & Balduinus Ep. vagos ordinis Minorum religiosos ad Cœnobium reducent.

Vivebat ad eum diem Theodoricus Corbejenis Abbas, vir præcæ pietatis fervorisque in disciplina religiosa conservanda. Is cum deprehendit Monachos quosdam Fratrum ordinis minoris vagos, ordinisque desertores, oberrare per provincias, lege sacra in eos agendum censuit, comprehensosque ad penam postulavit. Quod cum Provincialis, & præses Monachorum, quem Guardianum vocant, indigne ferrent, extraque potestatem Abbatis contende-

rent Monachorum judicium, ad Balduinum Episcopum nostrum provocatum est, tanquam loci ordinarium judicem & Episcopum. Et Balduinus Episcopus, cum hanc publicæ offensionis emendationem sui muneris esse intelligeret, vagabundos illos Monachos, juxta synodorum præscripta, vi intra claustra reduci jussit.

Nec multum hic superstes integerimus Abbas Theodoricus; cum hæc sexto Maji, festo nimirum S. Joannis ante portam latinam, agerentur. Quippe ante festum Virginis in Cœlum Assumptæ jam hoc eodem anno Spigelius Monachus Corbejenis & Præpositus in Rhode delectus fuit in locum Theodoricus Abbas Corbejenis; his tamen conditionibus ante præscriptis, ad quas non juramentum ipsius tantum, sed & Fidejussores vades postulati; fuere autem hujusmodi. Jura, consuetudines, constitutiones, ordinationes, ac statuta Cœnobii servabit integras: literas Abbatum Cœnobio traditas relinquet: Ecclesiam Corbejensem, fratres, ac subiectos homines pro viribus tuebitur; jura, possessiones, decimas, & dotes Ecclesiarum suarum sine consensu Cœnobitarum non alienabit: bona Cœnobitarum non convertet in usus Abbatis: castra ac munimenta Cœnobii, postquam persolutis debitis redemerit, reddet juri Abbatis & fratrum: suis impensis procurabit sibi confirmationem a sede Apostolica, & jura regalia ab Imperatore. His obtentis, dabit, qui fide jubeant: fuereque Henricus de Wende, Theodoricus Schawe, Wernerus de Sunrike, & Fridericus de Amelungessen milites. Conventa hæc memorantur Huxtarie Anno MCCCLIX in pervigilio Virginis Assumptæ.

Moritur Theodoricus, eique in Abbacia Corbejenis subrogatur Henricus Spigelius.

Peracta electione, Spigelius misit Avenionem Legatos ad Innocentium VI Pontificem, qui confirmationem impetrarent. Verum licet electio hæc vitio facta esset, quod sine Apostolica sedis auctoritate, uti in ejusmodi literis & proximis Pontifici subjectis Cœnobiis poscebatur, ad suffragia processissent; Pontifex nihilominus pro suprema sua potestate, vitium explendo, Spigelium Abbatem esse jussit, ejusque electionem hoc diplomate ratam habuit.

Innocentius Pont. Electionem Abbatis Henrici Spigelii approbat.

Inno-

Innocentius Episcopus Servus servorum Dei. Dilecto filio Henrico Abbati Monasterii Corbeiensis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis sancti Benedicti Paderburnensis diocesis salutem & Apostolicam benedictionem. Inter sollicitudines varias, quibus assidue premimur, illa potissimum pulsata & excitat mentem nostram, ut status Ecclesiarum & Monasteriorum omnium cura nostrae divina providentia commissorum, & praesertim ad Romanam Ecclesiam immediate spectantium, spiritualiter & temporaliter augeantur, quodque illis, quae suis destituta pastoribus vacationis incommoda deplorare noscuntur, tales ministros praeficere studeamus, per quorum regimen utiliter & salubriter valeant gubernari. Dudum siquidem quondam Thiderico Abbate Monasterii Corbeiensis ad dictam Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis sancti Benedicti Paderburnensis diocesis ipsius Monasterii praesidente, Nos cupientes eidem Monasterio, cum vacaret, per Apostolicae sedis providentiam utilem & idoneam praesidere personam, provisionem ipsius Monasterii ordinationi & dispositioni nostrae duximus ea vice specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero eodem Monasterio per ipsius Thiderici Abbatis obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante, dilecti filii conventus ejusdem Monasterii reservatione & decreti praedictorum, ut asseritur, ignari, te ipsius Monasterii Monachum ordinem ipsum expresse professum, & subdiaconatus orne constitutum, in eorum & dicti Monasterii Abbatem, licet de facto concorditer elegerunt, tuque reservationis, & decreti praedictorum, ut asseritur similiter inscius electioni hujusmodi illius tibi praesentato decreto consensisti, & jam de facto & deinde hujusmodi reservatione & decreto ad tuam deductus notitiam hujusmodi electionis negotium proponi fecisti in consistorio coram nobis. Nos igitur attendentes electionem praedictam, & alia inde secuta post, & contra reservationem, & decreta praedicta acceptata fuisse, eaque, prout erant, irrita & inania reputantes, & ad provisionem ipsius Monasterii, de qua nullas

praeter nos hac vice se intromittere potuit, neque potest, reservatione, & decreto obstitentibus supradictis, ne longae vacationis subjaceret incommodis, paternis & sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam super hoc cum nostris fratribus habuimus diligentem, demum ad te, cui de religionis Zelo, litterarum scientia, vitae ac morum honestate, spiritualium providentia, & temporalium circumspicione, & aliis multiplicium virtutum meritis laudabilia testimonia perhibentur, direximus oculos nostrae mentis, quibus omnibus, nec non dictorum conventus te eligentium unanimi voluntate attendita meditatione pensetis, de persona tua praefato Monasterio de dictorum fratrum consilio auctoritate Apostolica providemus, teque illi praeficimus in Abbatem, curam & administrationem ipsius Monasterii tibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo. In illo, qui dat gratias, & largitur praemia, confidentes, quod praefatum Monasterium per tuae circumspicionis industriam, gratia tibi assistente divina, prospere dirigetur, & salubriter dante Domino suscipiet incrementa. Quocirca discretioni tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus ejus regiminis dicti Monasterii suscipiens reverenter, sic te in eo sollicite & prudenter exercendo exhibeas studiosum, quod Monasterium gubernatori provide & fructuoso administratori gaudeat se commissum, tuque praeter aeternae retributionis praemium, nostram & dictae sedis benedictionem & gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinionis X Calend. Januarii, Pontificatus nostri anno septimo.

Hunc in modum Pontifex alteras scripsit literas ad Ccenobitas ejus Monasterii, quibus imperat, ut Spiegelium Abbatem recipiant, eique ut pastori suo obedientiam praestent. Tertias deinde addidit ad vasallos & beneficarios ejus Ccenobii, jubetque ut fidem & obsequium Abbati delecto a se & confirmato deferant. Quemadmodum omnes haec literae Apostolicae eodem die Avenione consignatae apud nos servantur. Submisit deinde sub initium anni sequentis Innocentius VI Pontifex magnificum Corbeiensibus diploma, quo omnia illorum privilegia a Caesaribus & Regibus data, ad eum modum,
Li quo

Moritur
Theodori
cus, eique
in Abbacia
Corbejensi
subrogatur
Henricus
Spegelius.

Innocenti-
us Pont.
Electionem
Abbatis
Henrici Spe-
gelii appro-
bat.

quo Bonifacius fecerat, ex integro instaurat.

Godefridus
Archiep.
Bremensis
cogitur Ar-
chiepisco-
patu suo se
abdicare.

Hoc demum anno Godefridus Comes Arnsbergensis, quem ante ex Episcopatu Osnabrugensi transvectum diximus a Pontifice ad Archiepiscopatum Bremensem, primum a Mauricio Comite Oldenburgensi a Canonicis electo, deinde a Gerardo Comite Hojano, quem Mauricio in administratione Episcopatus subrogarat, adeo intestinis dissidiis turbisque agitatus fuit, ut consultum habuerit Archiepiscopatu se abdicare; quem mox in Albertum Canonicum Magdenburgensem, Magni Du-

cis Brunswicensis filium, approbante Innocentio Pontifice, transtulit, modica sibi ad vitam privatam portione reservata: ita virum, qui ad magna aspirarat, fortuna delusit; quietior feliciorque futurus erat, si in Episcopatu Osnabrugensi persistisset. Pœnam hanc a tergo hæsisse voluit Godefrido, quod dum Osnabrugensis Episcopus esset, itipem annuam pauperibus fundatam in profanos usus averterit, eoque glires etiam, quos Bruno Episcopus olim eiecerat, magno nocumento in dicecesim & urbem retraxerit, quæ fabulis propria reputes.

Annus Christi 1360.

Innocentii VI. Pont. 8. Caroli IV. Reg. 15. Imp. 6.

Balduini Ep. Pad. 21.

Balduinus
Ep. in Co-
adjutorem
delegit
Henricum
Spiegelium,
Abbatem
Corbejen-
sem.

At Balduinus Episcopus noster, quod jam ex podagra & paralyti, ut Gobelinus noster scribit, affligeretur, accederetque grave senium, muneri Principis & Episcopi impar, ultro hoc onus rejecit in alium: cooptavitque Adjutorem, consentientibus Canonicis Cathedralis Ecclesiæ, Henricum Spiegelium, quem non ita pridem Abbatem Corbeiensis delectum, & a Pontifice confirmatum diximus. Magnam cum hoc viro jam ante contraxerat familiaritatem Balduinus, cum Rhodensem Præpositum ageret; multumque ejus opera usus fuerat in tractandis publicis negotiis, adeoque semper probat viri hujus prudentiam, industriam, & magnanimitatem, ut dignum censeret, cui vicaria Episcopatus administratio præ ceteris Cathedralis Collegii Canonicis committeretur. Quod simul argumento est; rarus tum in Collegio Cathedrali e nobilitate fuisse Canonicos, quibus hoc munus imponi posset; ut Monachum e Corbejensi Cœnobio advocare necesse fuerit. Accebat generis nobilitas, & splendor potentiaque familiæ; quippe e veteri

Spiegeliorum Defenbergicorum dicecesis nostræ familia ortus, multorum consanguineorum & popularium gratia valebat. Igitur Henricus simul Abbas Corbeiensis, & Balduini Episcopi nostri Adjutor, utroque munere eo opportunius fungi cepit; quod & Corbeia intra dicecesim Paderbornensem esset, & multa castra bonaque ad mutuum defensionem ex federe communia cum Episcopo Paderbornensi haberet, alterque præsul alterius ope hætenus se tutatus esset adversus vicinos hostes & bonorum deprædatores.

Neque hoc anno, qui sæculi hujus erat sexagesimus, aliud a Balduino actum reperio, quam quod altaria omnia, quæ erant in Ecclesia Collegii Butstorfiani intra urbem erecta, & a piis fundatoribus dotata, Pontificali auctoritate pridie inventionis S. Crucis probat consecravitque. Quod reliquum vitæ habuit, quieti sacræ, assiduis precibus, & pietatis operibus, ac mortis, quam imminere sensit, meditationi impendit.

Annus Christi 1361.

Innocentii VI. Pont. 9. Caroli IV. Reg. 16. Imp. 7.

Balduini Ep. Pad. ult. Henrici Spigelii Ep. Pad. 1.

Balduini
Ep. obitus
& laus.

Vixit deinde Balduinus in alterum annum, Christi videlicet MCCC LXI mensisque Martium senibus fatalem, ac pridie Calend. Aprilis moritu; quem

diem mortis ex hoc anno consignarunt nobis Necrologium ædis Cathedralis & Cœnobii Abdinghoviani: ad junctaque est simul annua memoria parentum

rentum ipsius, ob singularem donationem Cœnobitis factam; tamen in Necrologio Wilbacensi mortis dies ad VI Idus Aprilis adscripta sit; sicuti erroris quoque comperti Bruschi, Cleinsorgius, Kerfenbrochius, qui anno superiori extinctum tradunt, ac viginti annos Episcopatum gessisse, cum is in XXII extrahendus sit. Funus illatum in Basilicam, conditumque in medio Ecclesiæ ad aram, quam istic erexerat, ubi sepulchrum sibi vivus pararat, & ritu cœmeterii consecravit: additis etiam XI dierum indulgentiis, quotquot precando obirent. Tam sollicitus fuit pro levamento animæ suæ, si quæ noxa expianda maneret, quam pie se, omnibus sacris munitus, in mortem composuit. Ara hæc, quam pro duobus sacerdotibus dederat, ad quam alter sacerdos sub ortum solis, alter ante solemnia sacrorum quotidie sacrificium offerret, post mortem Balduini, quod loco importuno consisteret, submota est, eoque monumentum, quod e terra altius erectum erat, depressum, & pavimento æquatum. Posita & statua a Balduino Episcopo, habitu decora, ad posteritatis memoriam, quæ hodie in Basilica conspicitur. Præful, ut Gobelinus noster scribit, afabilis fuit, mitis, omnibus percarus, qui vel ex eo in magna apud populum veneratione fuit, quod pontificalia munia, ordinem conferendo, chrisma consecrando, Ecclesias dedicando, & confirmationis sacramentum administrando, ceteraque, sicut omnes ante Episcopi hæcenus fecerant, per se obierit, nulla unquam Vicarii Episcopi opera usus; id quod post ejus excessum ceteri, ut idem auctor retulit, minus præstitere. Invaluerat jam passim per Germaniam & Saxoniam, ut Episcopi aut amplitudine diœcesium, aut publicis munerum occupationibus impediti, in hanc partem sacratissimi muneris, quod ex potestate ordinis excellentissimum habent, vicarios sibi Episcopos, quos suffraganeos dicimus, adlegerint; quo pravo usu, & contempione rerum divinissimarum, Deus videri potuit offensus, qui tot Episco-

patus, nascente post hæresi, in manus secularium Principum, quibus illi quam avitis Episcopis similiore esse voluere, transtulit. Quo factum est, ut in tam amplis & tot opulentis Christi patrimoniis, quæ propter sacram Episcopi eminentiam a Regibus & Cæsaribus data auctaque sunt, nec Episcopi nec Principes passim per Saxoniam conspiciantur; tanquam & Deus rursus diceret: *Quia repulisti me, repellam te, ne sacerdotio & Principatu fungaris mihi.*

Reperio & inter literarum nostrarum monumenta tabulas Simonis Lippienfis Comitis, quibus testimonio Ermgardis matris, Ottonis fratris, Alheidis, Catharinæ, & Margarethæ fororum decimas agrorum ad urbem Lemgovensem consignat Virginibus Cœnobii, quod in nova urbe sub patrocinio B. Virginis colebatur.

Sub id tempus simul Theodoricus Mindensis Episcopus, de quo & supra relatum, gesto in nonum annum Episcopatu, Caroli Imperatoris studio, & Pontificis auctoritate, ob raras naturæ virtutumque dotes, translatus est ad Magdenburgensem Archiepiscopatum; quem ille pari cum laude bonoque in septimum annum gubernavit. Raro sane per id tempus exemplo Episcopi, qui obscuro loco natus, & ex Cisterciensi Monacho delectus, quatuor ordine Episcopatus administravit; sed Caroli Imperatoris patrocinio, apud quem in pretio erat, subnixus. In hujus locum Pontificis auctoritate sublektus Mindæ Episcopus Gerhardus, eo nomine secundus, Schowenburgensis Comes. Jam ante ex eadem Schowenburgicorum Comitum familia Gerhardus I. Episcopatum illum gesserat. Tertius Schowenburgensis Comes per id tempus Hildesienfis Episcopus a Pontifice constitutus. Tam secunda hæc domus erat, cum a toga sacra, prisce religionis cultu non minus quam sagæ militari, familiæ decus, & Comitum gloria quæreretur.

Theodori-
co ab Epi-
scopatu
Mindensi
ad Archiep.
Magden-
burgensem
translato,
Mindensi
Ecclesiæ
præfuit
Gerardus
II. Comes
Schowen-
burgicus.
Chr. Mind.
Leerbeckius
in Chron.
Cranz. in
Metrop.
Chr. Hildesf.

